



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XIII. De curatoribus, & cura eorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

inde in omnibus administrationibus & accessionibus iure conueniri potest, atque ceteri tutores, qui eodem testamento dati sunt, l. quero. 32 §. 1. de testam. in P. l. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 38.

Quibus modis tutela finiat. Cap. 15.

Lib. 1. Instit. tit. 22. Lib. 5. C. tit. 60.

- 1 Pupillorum vel tutoris voluntate tutela non finitur, sed aliis modis.
- 2 Tutela finitur pubertate pupilli. Et pubertas quomodo probetur.
- 3 Tutela secundo finitur capitis diminutione tutoris. Et §.
- 4 Capitis diminutio quid, Et quotuplex, quidve maxima, media & minima.
- 5 Capitis diminutio pupilli etiam minima soluit tutelam.
- 6 Tutela tertio soluitur morte naturali pupilli, vel tutoris.
- 7 Tutela quarto soluitur tempore tutori constituto.
- 8 Tutores dari possunt ad certum tempus, ex certo tempore, & sub conditione.
- 9 Tutela finitur quinto remotione tutoris. Et §.

Tutela non finitur ex voluntate pupillorum l. 2. C. quan. tut. vel curat. esse debet, sed aliis modis lege & moribus introductis: vel habitatione personarum, vel minorum, vel administrationis. Neque etiam sola voluntas tutoris se tutela abdicantis sufficit, nisi quo oportet modo fiat, l. legatus Cesaris, de offic. praesid. in P. Finitur et itaque tutela, pubertate adueniente pupillorum §. 1. quibus modis tut. finit. lib. 1. Instit. tit. 22. l. si. C. quan. tut. vel cur. Et c. lib. 5. tit. 60. Quae olim probabatur ex natiuitate scriptura & aliis legitimis probationibus l. 2. de excus. tutor. & per inspectionem nudati corporis, quae tamen formula hodie hic improbata est, vt turpis: & definita etas 12. annorum femininis, 14. masculis, pro pubertate constituenda. d. l. si. d. tit. quan. tut. §. 1. qui mod. tut. finit. l. 4. de ret. nup. l. qua etate, de test. amen. Macrobi. l. 1. in som. Sc. pro 6.

¶ Secundo finitur tutela, Capitis diminutione tutoris, per quam libertas aut ciuitas amittitur, §. sed & capitis diminutione, qui mod. tut. finit. ap. l. si. in. Ita hic caput aut status personae est §. seruus autem, de cap. dim. in. ap. l. iustitia. qui habet in se libertatem, ciuitatem, & familiam: Et capitis diminutio, status huius prioris in alium commutatio, §. 1. eod. l. eod. in P. vel status huius ademptio.

¶ Itaque diminutio capitis triplex, l. si eod. Maxima, si ciuitas aut libertas adimitur §. maxima eod. vt si quis seruus pene fiat atrocitate sententiae, vt damnatus ad bestias, l. aut damnus §. 2. de pen. in P. & potissimum quando sententia vita adimitur. l. qui ultimo supplicio, 29. de i. en. in P. Nam hodie alioquin nemo benenarus, ex sententia exilii vel deportationis seruus pene fit, anth. sed hodie, de donati. in. vir. §. vxo. Nisi ingrati liberti reuocentur

in seruitutem, l. 2. de liber. Et eor. lib. C. vel liberi ad pretium participandum venditari se passi sint, diximus in seruis, ex. tit. quib. ad. lib. procl. non lic. nam hi capitis maximam diminutionem patiuntur, d. §. 1. de cap. diminutio. Minor capitis diminutio vel media est, quando ciuitas quidem amittitur, libertas vero retinetur: vt si aqua & igni interdictum alicui, vel si quis de portetur, d. §. 1. Minima est cum libertas & ciuitas retinetur quidem, sed status mutatur vt si alterius iuris seu potestatis quis fiat, veluti arrogatione & adoptione. l. 3. eo §. minima. eod. ap. l. iustitia aut emancipatione. Et ita vt ait Aulonius in G. yphr:

Triplex libertus, capitisq. diminutio triplex lex.

Vocat autem capitis diminutionem Cicero in Verrem, ademptiorem de capite. Et ciuem indemnatum integri esse capitis dixit, Cic. in P. sonem. Agnationis ius cum obtrinebat in tutelis, capitis diminutione tollebat: & ideo & tutela ex lege duodecim tabularum corruerat etiam ob minimam, §. sed agnationis, de legit. agnat. tute. Hodie quando ex nouis legibus legitima tutela defertur in re cognationis, ideo semper tutela non perimitur ex omni minima capitis diminutione tutoris, l. iust. as, 7. de cap. diminuti. l. 4. C. de legit. tut. quia cognationis ius non soluitur minima diminutione, soluitur autem maxima & media, quod pertinet ad iura successione & tutelarum, §. fin. de cap. dim. in. §. sed & capitis, quib. mod. tut. finit. l. 1. C. de here. insti. l. 1. in fine, ad Tertium. P. Pupilli finitur tutela ve omnis capitis diminutio etiam minima tollit omnes tutelam, d. §. sed & capitis, Et §. item finitur, quibus mod. tut. finit. l. si arrogari, de tutel. in P. l. fin. C. de auth. praes. l. legitimum tutelam, de legit. tutor. P. Si tutor quoque in adoptionem se dederit perit legitima tutela eius, non alia, d. §. sed & capitis, l. iustelas, de capitis diminutio. P. Ad seruitutem pertinet capitis hostibus, ideo & eo casu finitur tutela, §. item finitur quib. mod. tut. finit.

¶ Finitur et tertio tutela, naturali morte tutorum vel pupillorum, §. simili modo, quib. mod. tut. finit. Verum morte tutoris legitimi, tutela legitima in eius liberos, si idonei sint, transferri videtur: non autem aliae tutelae: testamentaria vel datua, l. tutela vt plerumque, de tutel. P.

¶ Quarto, finitur ad tempus, vel sub conditione constituto tutore, 7 tutela elapso tempore vel cedente die perimitur, §. sed & si, v. cor. praeterea & §. pen. quib. mod. tute. finitur. Receptum enim est tutores dari posse ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub conditione, §. ad certum qui testam. tuto. dar. p. §.

¶ Finitur et quinto tutela, quando tutores remouentur vt §. suscipe et §. final. quib. mod. tut. finit. Sed haec haec tenus de tutoribus seorsum De curatoribus nunc agamus. Porro de actionibus que pro tutela & cura dantur, postea sequente libro, Deo fauente, in fine tractabimus.

DE CURATORIBVS ET CURATORIVM, LIBER XIII.

De Differentia & Conuenientia tutelae, & curae, & quot species curae. Cap. 1.

- 1 Tutor gerens finita tutela tenetur, vt negotiorum gestor.
- 2 Cura quid, Et quomodo differat a tutela: quod hac praecipue bonorum tutela personarum.
- 3 Cura & tutela conformitas.
- 4 Cura & tutela differentia.
- 5 Curatorum species, illorum minorum, furiosorum, &c.
- 6 Communia omnibus curatoribus, satisfactio, inuentarij confessio, pessiunt et suspecti remoueri, personalia gerere munera.

Quam fin in suam tutelam peruenit minor, desinit officio suo fungi tutor, neque amplius talis dicitur: etsi in administratione sua perseueret tunc non tutela actione, sed negotiorum gestorum Iulius Paulus teneri eum pupillo respondit, lib. 1. recipi. sent. tit. 4. c. 1. Exemplo eius qui pro tutore vel curatore minore se gerit, eodem ubi, iur. c. 8. Sequitur et autem tutela cura, quia cura est tutela bonorum potissimum, & per consequentiam personarum: vt tutela praecipue personarum, & per consequentiam bonorum l. scientia, 20. de rit. nup. in P. l. in copulanda, 8. C. de nup. l. consilio, 7. de curat. sur. C. In multisque conueniunt: & fere omnia que de tutoribus pupillorum dicta sunt, in curatoribus minorum locum habent l. 1. de administ. tut. l. si tutor, 1. C. eo. Et finituli qui de tutoribus pollicentur tractatione: adiungunt & curatores: vt in epi-

graphice, de administratione tutorum vel curatorum: de tutoribus & curatoribus datis ab his, Et c. de excus. tut. vel curat. cum similib. Dantur & ab iisdem magistratibus curatores, a quibus tutores, §. 1. de curat. excepta causa testamenti, l. in §. si de testam. tute. quamuis & in testamento datus confirmetur per inquisitionem, l. de creationibus, de e. i. s. e. and. C. Quinimo & saepe simul sint, & cum habenti tutor est tutor superaddi non possit, curator tutela iugitur, §. interdum de curat. l. 2. §. in quib. caus. tuto. hab. cura der. post. l. 5. C. tit. 36.

¶ Differunt tamen in paucis, & proinde seorsum cura singularia necbus tractanda sunt. Nam vt dixi proxime, tutor testamento datur curator non vtrique sine confirmatione. Secundo, tutor inuitis datur: curator minime praeterquam in lite, §. item inuitis, de curato. l. 3. §. pen. de tutel. in P. Tutor tertio rebus omnibus & vniuersis tantum pupilli datur, §. datus de excus. tuto. curator & vniuersis & singulis dari potest, §. 1. de curator. Quarto, tutor principaliter personis datur: curator rebus, l. scientiam, de rit. nup. l. cum plures, 12. §. 3. de administ. tut. in P. l. in copulandis, C. de nup. Quinto, maior potestas tutoris, quam curatoris d. l. in copulandis. Sexto, tutores in negotiis contrahendis interponunt auctoritatem: curatores tantum consensum, l. cum in vna, 17. §. 1. de appellat. Et relati in P. sub. de auct. tuto. Et cor. sen. curat. in P. Non eget enim approbatione personae minor, qui legitime habere dicitur, dum in suam venit tutela. Sed eget consensu ratione conseruationis teret curatoris necessario ad instar auctoritatis, si alienet: non a. si quareat, quia sine curatore recte contrahit, & se obligat,

l. puberis. 101. de verbor. oblig. & ducit uxorem, & nubit, d. l. sciendum, de rit. nupt. Persona enim libera est a potestate aliena, bona nequaquam. Et si deceptis contrahentibus iura per restitutionem subueniant in integrum, *ut. de minor. 25. an. P. tit. de restit. mino. C. Sexto finitur tutela, ut diximus, 12. annorum in foeminis, in masculis 14. spatio, l. si. quan. tutor esse desi. C. §. 1. quib. mod. tut. finit. at cura eorum 25. tantum anno, §. 1. de curator.* Generaliter curator accedere potest, & dari omnibus, qui rebus suis superesse non possunt, *l. his qui in ea causa, de tuto. & curat. dat. & c. in P.*

¶ Et proinde quia plura sunt, quae impediunt aliquem suis superesse rebus, vel recte eas tractare, curatorum, ratione subiectorum plures erunt positiones: sed ratione constitutionis curatorum, duae species adferuntur ab Ulpiano *in tit. l. 12. ut alii sint legitimi, alii honorarii seu datui.* Legitimi, qui ex lege 12. tab. dantur: honorarii, quia praetore constituuntur. Omnes, si perpendamus morem, datui. Itaque omnes curatores nota quadam personarum sic distinguo. Curatores esse pupillorum, minorum 25. an. tutorum, furiosorum, prodigorum, ventris, bonorum, & actorum, & reipub. Dicemus de singulis. ¶ At proinde interim annota in summa, generaliter omnibus commune esse, ut satisfident, nisi ex causa remittatur satisfactio, iureatq; coram magistratu, rem pupilli saluam fore ex fideq; gesturos, & ad utilitatem sibi commissorum. Inuentarium faciant, *l. fin. §. sed cum antiquitas, & auth. quod naturaliter generale, & §. ex inuentario, de curat. fur. C. §. penult. ut si qui oblig. per hi. se hab. res mino. in auth.* Item hos omnes ut suspectos remoueri posse, si causa subit, *l. 3. §. non tantum, & §. si curator ventris, de susp. tut. lib. 26. P. tit. 10.* Dehinc, quod omnes istae cura, ut tutela, sunt personalia munera, quia corporibus cum labore & sollicitudine animi ac vigilantia principaliter praestantur, *l. 1. §. illud tenendum, & §. aequae, de numeris, & bono. lib. 50. P. tit. 4.*

De Curatoribus pupillorum. Cap. 2.

In quib. causis tuto. vel cura. habent. tut. vel curat. dar. poss. li. 5. C. ti. 36.

1. *Causis, quibus pupillo habenti tutorem, curator ratione bonorum, vel litium adiungitur.*
2. *Curator pupillo datur, excusato eius tutore ad tempus.*

¶ Pupillis ¶ curatores accedunt, non ratione personae: sed ratione bonorum negotiorum, vel litium, *l. 3. §. pen. & si. de tut. in P. ut si pupillo expedit agere contra tutorem vel alium curatorem, §. interdum, & §. pen. de curato. §. si de ant. tuto. l. 1. 2. 5. de in lit. dan. tutor. li. 5. C. tit. 4. 4. alio contutore non existente, l. duobus, 25. de testam. tut. in P. Si legitimus tutor non sit idoneus, §. interdum, ob egestatem, aut dignitatem, aut diffusum pupilli patrimonium, *l. fin. in quib. cau. tut. hab. tut. da. pos. C. l. quoties, 9. de admin. tut. l. prolatis, 6. de susp. tutor. l. solet, 13. de tuto. l. testamento, 11. de excus. tuto. Idem in dato a magistratu, vel testamento, l. si tutor, 9. de susp. tut. §. item si testamento, de curat. ¶ Item ¶ loco tutoris, qui ad tempus tantum excusatur, interim datur tantum curator, veluti ob legationem, vel aliam iustam causam, *l. 1. & 2. in quib. cau. tuto. hab. & c. C. §. item loco tutorum, de cura. §. item qui resp. causa, de excus. tut. l. tutor, 28. eo. in P. l. in omnem, 15. de tut. & curat. ab us, & c. in P. si enim in perpetuum excusaretur, esset tutor dandus, d. l. in omnem, l. questionum, 12. de tutel. P. l. 2. in quib. caus. tut. hab. & c. C. Datur itaque agro tutore existente, l. non solum, l. 12. §. si. de excus. tuto. vel furente per intervalla, l. Modestinus, l. idem Ulpianus, l. 14. de excus. tuto. P. vel adhuc minore existente 25. anno, d. l. non solum, §. si libertus. Item in casu *l. ex sententia, 29. de testam. tutel. in P. in eo qui sibi tutelam in testamento scripsit.****

De Curatoribus minorum 25. annorum. Cap. 3.

Lib. 1. Instit. tit. 23.

1. *Curatores inuitis non dantur minoribus, nisi in litem, & ratio, & 4.*
2. *Curatores dantur usque ad 25. an. quare, & 3.*
3. *Contra minores 25. annorum, non currunt praescriptiones.*
4. *Curatores olim non dati minoribus, nisi luxuriosis, & prodigis, & cum infamia ex lege Lectoria: hodie omnibus minoribus. Lex Lectoria, eod.*
5. *Curator minorum satisfact. inuentarium conficit, iurat rem minoris saluam fore.*
6. *Minor sine curatore gerens l. s. restituitur.*

¶ Curatores ¶ dantur tantum minoribus 25. ann. si ipsi desiderent, & illis volentibus, nec inuitis, §. item inuitis, de curat. *l. si impuberi, §. penult. de tuto. & curat. dat. & c. l. fin. de his qui ueni. eta.*

im; etia. si tamen in lite moniti noluerint eligere inuitis datur, l. 1. qui per. tu. C. d. §. item inuitis, cum aliter non possint esse in iudicio, l. 2. qui legit. perso. stan. in iud. hab. C. ¶ Masculi, ¶ inquit Iustinianus §. 1. de curat. l. 1. & l. 3. §. minores, de minorib. in P. puberes & foeminae viri potentes usque ad 25. annum complexum curatores accipiunt. Quia licet puberes sint, tamen eius etatis sunt, ut sua negotia tutari non possint. Dicitur & haec etas minorum imperfecta, ratione consilii & experientiae rerum, l. si. in quib. cau. in integr. restitui. non est necess. ¶ Et ¶ proinde praescriptiones contra minores tempore eius etatis, quae olim rescindebantur restitutione, neque hodie currunt, vel sunt, d. l. fin. Nec prius robustam aetatem vel animi viam dicitur minor adeptus, quam ad vigesimum quintum peruenerit, l. si maritus, §. lex Iulia, ad l. Iuli. de adult. in P. ¶ Olim curatorem ¶ dare minoribus non expressa causa, infamiam quendam habere videbatur, quod esset suspicio prodigalitatibus in minore: unde nec inuitis dari voluerunt, & nisi postulantibus illis, etsi interdicta illis fuisset bonorum suorum libera administratio. Donec M. Antonius Philosophus Caesar, de curatoribus cum antea non nisi ex l. Lectoria (de l. Lectoria quae fiebat iudicium rei priuatae, adolescente aut furioso circumscripserat, agit Cic. 3. de Diuina. & 3. Offic.) vel propter lasciuiam, vel propter dementiaem darentur, ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis, ut auctor Iulius Capitolinus in vita M. Anton. philof. ¶ Curatorum ¶ omnium & tutorum generale est, satisfactio, demtis quibusdam, de quibus suo loco: & sacramentum praebere omnia ex fide & utilitate minorum & pupillorum gerendi, inuentariumque conficere, l. final. §. sed cum antiquitas, & auth. quod nunc, & §. ex inuentario, de curat. furio. C. §. pen. ut si qui oblig. per hi. se hab. res mino. & c. in authen. coll. 6. const. 7. ¶ Si ¶ quando contingat minores 25. an. negotia gerere sine curatore, & illos restituendos esse aequum visum est, l. 1. de minor. 25. an. Restituere, est in pristinum statum reponere. l. restituere, de verborum significat. l. de sent. pass. & restit. Cod. l. 1. §. restituitur, ne quid in loc. publ. in P. l. videamus, in 2. §. in Fabiana de usuris in P. Videamus itaque de restitutione hac pauca.

De Restitutione in integrum minorum.

Cap. 4.

De rest. in integ. lib. 4. P. tit. 1. De minorib. eod. lib. tit. 4. De in integ. rest. lib. 2. C. tit. 22. Lib. 1. Decretal. tit. 41. Lib. 1. Sex. tit. 21. Clement. lib. 1. tit. 1.

1. *Restitutione in integrum infans non eget, quare.*
2. *Minores ex quibus causis restituntur in integrum.*
3. *Restituntur minores lesi ob ignorantiam legum civilium, non naturalium, & ob imprudenciam etatis.*
4. *In restitutione in integrum consideratur primus, ut inmodica sit lesio.*
5. *Minores in delictis quando restituantur.*
6. *Minores errantes, non fallentes restituntur.*
7. *Minores non restituntur ex lesione casu adueniente.*
8. *Restitutio non datur, si alio remedio ordinario lesio subueniri possit.*
9. *Restitutio in integrum non datur contra patrem, vel patrono.*
10. *Restitutionsi in integrum minor iuramento recte renuntiat contrahendo.*
11. *Restitutio non competit de gesto, post impetrationem ueniae etatis.*
12. *Restitutio in integrum repeti non potest.*
13. *Restitutus minor quae ipse accipit, restituit.*
14. *Restitutions non petit, qui maior factus negotium in minori aetate factum ratum habuit.*
15. *Restitutions nomen quam late pateat, & a quo magistratus sine remissione.*
16. *Restituntur in integrum non tantum minores lesi, sed & aliter curia de causis.*
17. *Restitutions impetrantur a cancellaria, & examinantur apud iudices regios.*

¶ Nter ¶ priuilegia personalia, aetatis quoque est consideratio, ¶ per quam infans consilii innocentia excusatur, l. quod infans, de rer. vend. in P. Infans, ad leg. Corn. de sicar. & hic restitutione in integrum non eget, cum ipso iure tutus sit. ¶ At qui ¶ maiores septennio sunt, infantiam excedentes, l. si infans, C. de iur. deliber. quousque aetate 25. annorum impleant, vtuntur restitutione in integrum: si quid male gesserint: aut si omiserint emolumentum, quod acquirere potuissent: aut perdidissent quod habuerunt: vel si obligauerint se imprudenter oneri, quod illis recusa-

re licuit: ceteris recte gestis, raris & probatis, l. non omnia. & l. quod si minor, §. non semper, de minor. 2. §. an. in P.

- 3. Subuenitur t̄ autem eis læsis ex duplici capite, vel propter legum ignorantiam ciuiliū, & propter imprudentiam ætatis. Non autem si quid aduersus leges naturæ commiserint, vel deliquerint, tunc enim negatur illis ætatis beneficium, l. etiam, de minor. in P. l. pen. de integ. restit. ¶ Observanda t̄ itaque erunt in restitutione minorum hæc, & alia quæ in epitomen redigo. Primum, vt læsus sit minor grauius: nam ob modicum damnum, ad restitutionem non recurritur, l. scio, de restit. in integ. §. in P. 2. ¶ Nō t̄ restituatur minor in delictis nisi quatenus leuanda est pœna, ne iuxta maiorum pœnam puniatur, l. auxilium, de minor. c. 1. & 2. de delict. pueror. aut nisi delictum sit quod ex culpa procedat, l. si aduers. delict. C. 3. ¶ Minores t̄ errantes nō fallentes restituuntur, l. 2. si minor se maio. dix. C. 4. ¶ Minores t̄ restituuntur, si ex inconsulta sua facilitate lædantur: non si casu, qui & prouidentibus contingere potuit, l. verum, §. sciendum, de minor. 25. an. Nam is minor qui iure communi vitur, non videtur circumscriptus, l. si. de integ. restit. maio. 25. an. C. 5. ¶ Circumscriptis t̄ minoribus dolo alterius non datur restitutio, l. si. C. de restit. in integ. quia expediri habent actionem de dolo: & proinde hoc remedium extraordinarium & subsidiarium cessat, l. in causis. 2. de minorib. 25. an. Vnde aliud 6. axioma colligendum, Non dari restitutionem in integrum, quando sibi uenit alioquo alio remedio ordinario minoribus potest, d. l. an. causa. & l. fancimus, in quib. cau. in integ. restit. non est necess. tit. si aduers. se iur. cap.
- 9. Minor non t̄ petit restitutionem in integrum contra patrem, aut patronos, l. 2. qui & aduers. quos. C. 8. ¶ Non t̄ auditur minor restitutionem petens, si contrahendo restitutionem ciuitauit solemnium iuramento, auct. sacramenta. si aduers. vendit. C. 9.
- 11. Nec t̄ si impetrauerit ante gestum veniam ætatis, leg. 2. de his qui ven. ætat. impetr. C. ¶ Vel 10. t̄ si eadem de re ante restitutionem postulauerit: quia restitutio in integrum reperi non potest, l. 4. C. si sepi. in integ. restit. fuerit postula. C. 11. ¶ Quando t̄ minor in integrum restitui desiderat, debet & ipse quæ ex negotio accepit omnia restituere, tit. de repudiatio. C. 12. ¶ Non t̄ potest postulare restitutionem in integrum negotii in minori ætate gestis, qui ad maiorem ætatem ueniens ratum illud habuerit, l. si mai. fact. aliena. rat. hab. Sunt & plures congestæ causæ ab Oldendorpio in tractatu de iure singulari, cur aliquando minores 25. annis non restituantur.
- 15. Porro t̄ quam late pateat restitutionis significatio, & an omnes magistratus possint restituere, idem Oldendorpius in sexta classe, cum quo videndus Zasius, & Azo in summa, titul. ex quib. caus. maio. in integ. restit. auunt. ¶ Etenim t̄ non minorum tantum 25. anni restitutio est, quorum tutelam prator accipit ob ætatem, cuius consilium fragile, & multorum insidiis expositum, l. 1. de minorib. 25. an. in P. nam hoc rarum est ante hanc ætatem lapere:

S. illicet ingenium, & rerum prudentia uelox.

Ante pilos uenit, dicenda tuendaq. calles, Persius Saty. 4.

Sed etiam prator lapsos & circumscriptos restituere alios, & eis opem ferebat, l. 1. de restit. in integ. in P. siue metu, l. 1. de eo quod met. cau. siue calliditate, l. 1. de dol. malo, in P. siue absentia iusta & necessaria reipub. l. absentia, de reg. iur. l. 1. ex quibus cau. maio. in P. l. Pannonius Anius, de acq. hered. in P. l. quia absente, C. de procur. l. cum quidam, de acquir. hered. in P. tit. ex quibus cau. maio. C. & l. si quid, de restit. in integ. siue dolo malo, l. item 11. ex quibus cau. maio. l. ignorare, C. de restit. in integ. uelidelicet, qui non sua uoluntatis causa absint, l. reipublice causa, ex quibus cau. maio. P. l. quæ libera legatione, de legat. in P. l. non uero, ex quibus cau. maio. in P. siue per itatus mutationem, l. 2. de restit. in integ. P. l. perinet, de capi. m. nu. in P. aut iustum errorem incidissent in captione. Quando autem & istis denegetur restitutio in integrum, consule Oldendorpius in o. p. sculo de iure & equitate. ¶ In t̄ Gallia minores & alii læsi, restitutionis petunt codicillos ab officina æquitatis seu cancellaria principis, quibus mandatur iudicibus regis tantum non aliis, Boer. q. 247. num. 16. vt si iusta & uera causa uideatur, restitutio fiat, & rescindantur contractus, vel nulli declarentur, Imbert. libr. 1. Institut. forens. Adimiturque notio harum restitutionum iudicibus minoribus & clientelariis dominorum locorum, item & ecclesiasticis, nisi agatur de læsione permutationis beneficiorum, Pap. libr. 1. R. haps. ar. est. tit. l. 4. ar. 9. in qua adhuc si de possessione contendatur, recte seneschalus cognoscat.

De Curatore mente captorum & furiosorum. Cap. 5.

Lib. 27. Tit. 10. Lib. 5. C. tit. 70. §. furiosi, de curator. ap. Iustitia.

- 1. Insanorum species uaria.
- 2. Phreneticorum distinctiones.
- 3. Insania genus triste paraphrenesis ex atra bili.
- 4. Mania & amentia quid, & uide. Mania & amentie differentia eod.
- 5. Lethargia quid.
- 6. Mania furoris differentia cum insaniam.
- 7. Sinitia quid.
- 8. Are uili insanie species quomodo generentur. Phrenesis & lethargi cause, & locus generationis, eod.
- 9. Fatuitatis & stultitie generatio & causa.
- 10. Melitides & Amphitides insignes stulti.
- 11. Corabus stultus stultus meriebatur.
- 12. Furorum & stultorum diuisio & gradus.
- 13. Insani Bacchantes Fanatici.
- 14. Furor alius continuus, alius cum interuallis.
- 15. Furoris interualla uel innumbrationes unde fiant.
- 16. Dementis, seu mente capti, & furiosi differentia. Amentes sunt pueri, & ebrri, eod.
- 17. Furiosamentes cuiuscunque gradus sint, pupillis in gerendis negotiis comparati, pro absentibus habiti presentes, cæci ad negotia.
- 18. Siacis, Athamatis, & Agæus stultissimus furor, melancholicus, cæcus.
- 19. Fatui & stulti iudicio carent, ut imperiti.
- 20. Fatuus Abydi, quem penitebat sanum factum.
- 21. Thrasila mente captus mirifice stultitia sua delectatus potius quam sanitate.
- 22. Furiosus in agnatorum tutela iure 1. 2. tab.
- 23. Curator furiosi iuri debet eius corpus, patrimonium, & salutem.
- 24. Furioso fere in omnibus exemplo pupilli prospectum est, in substitutione, bonis, persona, &c.
- 25. Furioso non datur curator, nisi causa cognita, num. uere furiosus.
- 26. Furorem & insaniam simularunt Vlysses, David, Solon, Brutus.
- 27. Furioso pater, & filius patri esse curator potest, & de aliis personis, que esse curatores furiosi, uel ei petere possunt.
- 28. Curator furioso filio testamento dari potest a patre, qui non satis datur, tamen, & inuentarium facit.
- 29. Curatores a quibus magistratibus dantur furiosis.
- 30. Curator furiose uxori non datur maritus.
- 31. Furiosum curans extraneus, monitis proximis, & negligentibus eius successor sit.
- 32. Mutis curatores dantur.
- 33. Cura furiosi finitur, cessante furore.
- 34. Furoris diuini breuis annotatio, & diuisio ethnicorum.
- 35. Curator furiosi conuenitur negotiorum gestorum actione, non tutelæ.

Insani t̄ & amentes suis rebus uix superesse, saltem non semper possunt: ii autem in multiplici differentia sunt, de quibus uide Celsum, lib. 3. c. 18. ¶ Phrenetici t̄ quippe quidam sunt, qui in dementia esse incipiunt, & ægri, quodammodo adhuc sapiunt: tamen & uanis imaginibus infestantur. Quidam perfecte phrenetici, quibus mens illis imaginibus addita est, Horumque aliqui hilares, alii tristes sunt, alii facilius continentur, & uerbis tantum desipiunt, alii conlugunt, & uolenter quædam manu faciunt, hosque furor urget. Cauisatur phrenesis, ex apostemate calido in quibusdam exultente pelliculis cerebri.

Aliud t̄ genus insanie, quod in tristitia consistit, quam uideatur atra bili contrahere: aliqui dicunt, paraphrenesin, cuius causa est in apostemate existente in stomacho, vel in matrice mulieris, quibus purgatis desinere potest.

Tertium t̄ genus insanie eorum qui mente constant, sed imaginibus falluntur, & eorum qui mente desipiunt quoque cum imaginibus falsis. Mania uel Amentia, læsio interioris partis cerebri est, quæ privat imaginationem. Ceterum amentia interiorem partem cerebri lædit: mania autem mediam cellulam offendit, priuatque rationem, sicut amentia imaginationem. ¶ His t̄ addi potest lethargia, quæ est apostema in posteriore parte capitis generatum, quod inducit omnium obliuionem, Vitalis de Ferro, lib. de confertu bone ual. c. 69. sed & latius Hippoc. lib. de furo. quem tamē negat Galenus Hippocratis esse. Multa de his Arist. lib. prebl. sect. 3. o.

- 6 ¶ Latini furorem maniam dicere videntur, diuturniore mentis alienationem, eumque sic furorem ab infania distinguit Cicero 3. Tuscul. Infaniam, inquit, censuerunt inconstantiam ianitate vacantem, qua tamen ineri possit officium, & vna communem cultum, atque vstitutum furorem autem rati sunt in infania, tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non infania. Infaniam pro phrenesi accipit. ¶ Minor ¶ est istis nec ita nociva stultitia: 7 quae & uocatur in infania imprudentia. *Atra bilis*, ¶ inquit Galenus de loc. affect. li. 3. c. 3. plura de symptom. cau. 2. li. ubi in ipso cerebri corpore abundat, eam infanie speciem, quam Graeci vocant melancholiam, inducit. Quemadmodum alter atra bilis succus, qui praesata flaua bile nascitur, ferina gignit deliramenta, modo cum febre, modo absq; illa, in cerebri corpore abundans. Atque ob hanc causam phrenetis nonnunquam est mitior, ubi a pallida bile ortum traxit: nonnunquam vehementior, ubi flaua bilis eam peperit. Quod & recte distinguit Hippocrates in fragm. libelli de infania, manauit. Et rursum Galenus ait lib. 4. de caus. p. uisum. & lib. 6. Aphor. aphor. 56. alibi, phrenetis gigni a bilioso humore, & in tenui meninge & septo transueto. Lethargum autem a pituitoso humore & in cerebro. ¶ Stultitiam ¶ porro & obliuionem, affectus cerebri ex frigore ortos, tradit, quibus functio eius perit, Galen. libro, 2. de sym. pro. caus. Et de fatuo sic loquitur alibi, Idem lib. 3. de loc. affect. cap. 2. Rationem animae vim in cerebro, uirilem irascibilemque in corde: appetitiuam demig, in iecore sitam esse, nemini non persuasum existimo. Id quod uel ex uulgarium sermone discere licet. Fatuum siquidem animi carere cerebro, timido & pusillanimo corde esse. Titio autem fingunt cor erosum ab aquila. At uero quemadmodum, si ratio ledatur, sepe numero contingit ladi memoriam: sic si memoria uiuatur, ratio ipsa quod immo do labefactatur, ut pote a liouis utriusque noxa procedente ab eadem dispositione, qua ubi uehementius intenditur, simulcum memoria ratio quoq; omnino deperditur. Actalis quidem affectio stultitia uocatur. Et paulo post, intellectus amissio stultitia est. Idem, d. lib. 3. cap. 3. Vnde magna habita iniuria raka, id est, fatuum uocare, ut reus sit gehennae seu damnationis aeternae, qui hoc nomine proximum interpellat. Matth. 5. can. si. 35. dist. in. Furiosus, inquit Iustinianus, testamentum non faciunt, quia mente carent. Si item furiosus, quibus non est permissio fac. test. a. lib. 1. Instit. tit. 12. l. furiosum. 9. qui testam. fac. poss. C. l. 1. de iust. testam. in P. nec uelle creduntur, l. furiosus, 40. de reg. iur. Zeno omnes stultos insanire dicebat, neque enim prudentes esse, uerum & perquam infaniae omnia stultitiam gerere, neq; cum iis litigandum, Diog. Laert. in 7. in Zenon. Siquidem, ut ait Salomon, expedit magis ut fiat occurrere raptis fatibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia. Proverb. 17. 6. Eccles. 2. 2.
- 10 ¶ Fatui ¶ inter ridiculos habentur, furiosi inter nocentes: uelati in pro uerbo Suidas in illis uerbis explicat. *κατα τρεψ Μελιδε, stolidius Melide.* Scribit enim a comicis Melidem, ut fatuum exagitarum, sicut & Amphitidem, quem tradunt magno labore, usque ad quinque numerare didicisse, & ultra progredi non potuisse: & sponfam suam attingere non fuisse ausum, ueritum ne a puella apud matrem acculareretur: ignorasseque Amphitidem, num ex utroque parente natus fuisset. ¶ Refert ¶ & de Cora bo, idem in Cora bo, eum ita stultum, ut fluctus metiretur.
- 11 ¶ Horum ¶ fatuorum, & stultorum tres gradus ego constituo: primum in illis, qui simpliciter fatui sunt, & temere prout in mentem uenit, de omnibus iudicant sine discretionem, & arrogantiam, Proverb. c. 12. & 13. c. ecclesiast. 21. ecclesiast. 10. cap. pen. de eo quod me. cau. Quod fatuus sine sale in solus, non prudens, uide Archid. in cap. legimus 93. dist. & in cap. Constantinopolitana, 22. dist. ubi a stulto, ueluti ab arrogante fatuo uidentur separare. Secundum, in illis, qui cum fatui sunt, tamen se sapientes arbitrantur: & horum infinitus est numerus, ut ait Salomon Ecclesiast. 1. Et uia stulti uelati est in oculis eius, Proverb. 12. & 26. Et uero et ne si oporteret curatores illis dare, pau. i forent qui curatoris munere fungi possint. Tertium constituo in illis, qui cum stulti sint, insigniter lateque ebibent ex flumine Cefo uerbis Siciliae, quod *αυρε* dicitur. Suid. in uer. Cefo, tamen alios stultos putant, seque solos sapientes, contra c. ne inuitaris, de constitut. minimam nec scintillam mentis habentes, nec se nec alios cognoscentes. Et cum nihil norint, omnia tamen superbe iudicant. Et dum uitant ita stulti uitia, in contraria currunt.
- 12 ¶ Infanabiles ¶ certe cum non sentiant morbum, nec erubescant ut priores. Sed ne diutius philophemur, a diuerticulo ad Iurifconsultorum redeamus rationes. Vlpianus, Si uittium corpo-

ris usque ad animam penetrat, inquit, lib. 2. de ad. edit. lib. 21. P. tit. 1. forte si propter febre quidam loquantur aliena, uel per uicos more insanorum deridenda loquantur, uel adhiberi huiusmodi uendios ut morbosos & uittiosos posse. Idemque Vlpianus in l. 1. eo. ubi pulvere plus de his lymphaticis, qua ubi uide. fanaticos, qui circa fana bacchantur, inter furiosos annumerat: & eos qui responsa reddunt, quasi dementes etiam si per luxuriam faciant, & tamen non tales haberi si desierint.

¶ Marcellus ¶ Iurifconsultus in l. diuus. 1. 4. de off. prof. lib. 1. P. 14 tit. 19. idem in l. si cum dotem, §. si maritus, sol. marim. P. furorem diuidit in eum qui habet continuam mentis alienationem, & in eum, qui habet dilucida interualla, quibus quis sensu sanior est. Vlpianus in furioso tantummodo uoluntatis reliquias, non uoluntatem dixit manere, Vlp. l. parte furioso. 8. de iis qui sunt sui uel alie. iur. lib. 1. P. tit. 7. Dubitarunt autem antiqui, num in iudiciis seu dilucidis interuallis haberet uoluntatem furiosus, donec Iustinianus habere sua constitutione declarauit, l. furiosum, 9. qui test. fac. poss. lib. 6. C. tit. 22. Quamuis hic caute negotiandum censeam. cum non omnis remissio furoris intensi tollat furorem, ut recte mihi uideretur exprimere Celsus Iurifcons. dum ait in l. quod meo, 18. §. si furioso, de acquir. poss. lib. 41. P. tit. 2. Si furioso, quem sana mentis existimabas, eo forte quod in conspectu inumbrata quietis fuerit constitutus, rem tradideris, licet ille non fuerit ade: tus possessionem, tu possidere desinis: quamuis uerum sit a rabie eum quiescere, tamen a morbo non est liberatus, quamdiu somenta & causa morbi in eo perseverant. ¶ Quies ¶ autem inumbratur per pituitam, qua placatos reddit secundum Hippocratem lib. de furo. Atque furiosorum sic quidam atra bili per totum corpus diffusa agitantur, quibuldam autem certis spatiis recurrit. Vnde illi perpetua rabie & inquietis moribus diuexantur: isti interualla furoris habent, inducias & intermissionem.

¶ Iustinianus ¶ inter mente captum seu demente. & furiosum longam esse differentiam tradit: uerum tamen & quae de mente capto inducuntur, id est, de stulto seu fatuo, eadem & in furioso statuenda. l. si furiosus parentes, 25. de nupt. C. lib. 5. tit. 4. l. tam dementi, 2. de episc. aud. li. 1. C. tit. 7. Infani, amentes uel dementes sunt & mente carent, quia in illis mens uagatur: quemadmodum & in pueris & ebriis, qui & amentes sunt, ut ait Aristoteles, problem. sectio. 3. o. q. 13. ¶ Ut ¶ nullum etiam negotium contrahere possint, nec per se soli, nec cum alio, l. in contrahendis, 5. de reg. iur. in P. & saepe custodia egent, l. diuus, de offic. praesid. & pupillis comparati, quo ad ignorantiam & cognitionem negotiorum & requiritur auctoritatem tutoris uel curatoris, l. pupillus, l. si furiosus potest, de acq. hered. Imo & isti furiosi pro absentibus praesentes habentur, l. si unus, §. filiofa. de in iur. in P. Quia, ut ait Cicero 3. Tusculan. furor, est mentis ad omnia caecitas. Itaque ¶ phrenetici ¶ melancholici in multis hallucinantur, & mente imbecilles, ut Aiax iratus in Graecos furens gregem porcorum necauit putans eos esse Graecos, & Agamemnonem & Ulysses, Sophoc. in Aia. in mastigopho. Homerus. Athamas & Agaue putabant animalia bruta esse liberos proprios, furore perciti: ut Orestes sororem esse matrem. ¶ In ¶ fatuis & stultis pariter obseruandum est, iudicium illis deficere, & fere omnia ex arbitrio sibi iusta perfidere, ut solent imperiti, de quibus Terentius Adelp. act. 1. §. 1.

Homine imperito nunquam quicquam iniustus, Qui nisi quod ipse facit, nihil reum putat. Et fuerunt, ut sunt plures stolidi & fatui, qui malint in mentis errore & stultitia degere, quam respicere. ¶ Qualis ¶ ille, de quo meminit Aristoteles lib. de mirabil. in Abydo Asiae, qui ad Amphitheatrum iens exultabat, & manus percutiebat latibundus, ac si ludus illi placuisset, cum tamen ibi nemo luderet: quive postea respiciens irabatur, se nunquam incundiorem fuisse, quam cum mente captus fuisset. ¶ Huic ¶ similis fuit quidam Thrasila mente captus, qui uere putabat, ut auctor Athenaeus, omnes naues appellentes portum Pyreum suas esse, easque numerabat, & iubebat nauis abire, & gaudebat illis redeuntibus: & is etiam, dum sanus factus est, iurauit medico melius tunc fuisse sibi & incundiorem, cum mente captus erat. Meminit Horatius lib. 1. epistol. ep. 2. cuiusdam hominis apud Argos existentis eiusdem morbi, his uerbis.

— Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragedos
In uacuo laeuis sessor planisq; theatro:
Cetera qui uise seruaret munia uelto
Mora, bonus sane uicinus, amabilis hospis,

Comis in uxorem. posset qui ignoscere seruis, Et signo lesi non insani re legena: Posset qui rumpem. Et putem viare patientem. Hic ubi cognatorum opibus curisq. refectus, Expulit helleboro morbum bilemque meraco, Et redit ad sese: pol. me occidisti amici. Non seruastis, aut: cui sic extorta volupras, Et demus per vim mentis gratissimus error.

22 ¶ Proinde ¶ lege 12. tab. iubetur furiosos, eorumque pecuniam esse in agnatorum tutela seu curatione, donec sanitatem receperint, Vlpian. in tit. 12. Et in l. 1. de curat. fur. in P. §. furiosi, de curat. C. de 3. Tit. C. Completa videlicet legitima ætate pupillari. l. 1. C. de

23 curat. furio. ¶ Huius ¶ consilio & opera curatoris, tuendum non solum patrimonium, sed & corpus & salus furiosi. Caius, in l. consilio. 7. de curat. furio. Et alius per f. da. in P. exemplo tutoris, qui non tantum rebus pupilli, sed etiam moribus præponitur. Paul. l. cum plures. 13. §. cum tutor de administr. tuto. Interest enim reipub. ne quis re sua male utatur. Quod & furiosis curatorum quoque cum miseria dandum esse suavit. Valer. Max. lib. 8. ca. 6. Et ita in mente captis nominatim Iustinian. sancit. §. sed & mente captis, de curat. Et Caius in fatuis. l. 2. de postul. lib. 3. P. titul. 1. ¶ Nam

24 ¶ & istis exemplo pupillorum substitutiones sunt pupillares, id eod. dicta exempla. l. humanitatis in n. 9. de imp. Et alius substit. lib. 6. C. tit. 2. 6. l. cum furioso, 7. de curat. furio. l. ex facto, de vulg. in P. Et oratione Severi Cæsar. constitutiones, que verabant distrahi sine decreto res minorum, ad res quoque furiosorum productæ sunt. l. 2. de curat. furio. C. l. fina. eod. tit. in P. Quod si furioso habenti intermissionem morbi, curator datus sit, perpetua erit cura eius, etsi intercepta & interpolata sit administratio. l. cum alius. 6. C. eod. Octavius Cæsar rectorem solitus erat apponere, ætate parvis, aut mente lapsis, donec adolecerent vel respicerent. Sueton. in Augusto, c. 48. ¶ Et ¶ quia causa istius curæ est furor, obseruare prætorum, inquit Vlpianus, in l. obseruare, 6. de curat. furio. vel prod. d. and. oportebit, ne cui temere citra causæ

26 cognitionem, plenissimum curatorem det. ¶ Quoniam ¶ plerique vel furor, vel dementia fingunt, quo magis curatore accepto onera detrectent. Cuius rei sunt propemodum infinita apud bonos auctores exempla relata: veluti de Vlyste fertur, qui cum omnium haberetur sapientissimus, tamen in animam simulauit, ne ad bellum proficere cur, cuius tamen astum Palamedes detexit, obiciendo aranti Telemachum filium, quem ne læderet pater Vlystes aratum suspendit. Cic. 3. Officio. Sed longe callidius simulando præ se tulit insaniam Meton Astrologus, qui cū Græcorum copias in Siciliam nauigationem infisterent, & ipse catalogo fuisset instructus, cum perspicue pericula futura cognouisset, simulata insania dimissus est, vt ait Elian. lib. 13. variar. hystor. Simulauit stultitiam Dauid coram Agide rege, ne ab illo male reciperetur, & supplicium vt de hoste sumeret. 1. Reg. cap. 21. Solon, ne vel tacendo reipubl. parum conuuleret, vel cõsulendo sibi noceret de repetenda Salamini, subitam dementia sibi simulauit, cuius prætextu, non dicturus modo prohibita, sed & facturus erat. Diog. Laert. in 1. in Solon. l. Plutarch. in eod. Satis enim omnes exploratum habet, quod furor commotionis tempore, iustum putat omne quod facit. can. illa. 11. q. 3. Iunius etiam dictus in l. 1. Brutus, quod comode stultitiam simulauerit; alioquin enim prudentissimus Sceleranter institutus, quod videret Tullio occiso, patrem quoque & fratrem suum a Tarquinio Superbo occisum, sibi que vereretur. Quod ei successit: etenim Tarquinus vere, non sicte stultum existimans, acceptis eius omnibus facultatibus, conuersari eum cum liberis suis pariebatur, non vt cognatum, sed vt ridiculis factis, verbisque oblectamento esset adolescentibus, quemadmodum solent veri fatui. Dionys. Halicar. in 4. Constat itaque debet primum de furore, postea eligendi curatores, qui lege 12. tabul. iis fatuis & furiosis agnati & gentiles primum dati sunt ex probationibus, de quibus agit Iason in l. furiosum, vers. verum quis furor, qui testam. fac. post. C. Deinceps alii quam gentiles & ab aliis legibus & per alios magistratus, quam lex 12. statueret.

27 ¶ Itaque datur curator & pater filio furioso si emancipatus, alioquin etiam sufficiens curator dicitur ex patria potestate. l. fin. C. de curat. furio. Item & prætor non dubitauit filium patri furioso curatorem dare, si tamen probus sit. l. 1. eod. in P. l. 1. §. fin. eod. l. iis qui, de tuto. Et curat. dat. ab iis, & c. P. Et furiosæ matris curatio ad filiam quoque pertinet. Pietas enim parentibus, etsi inæquabilis est eorum potestas, æqualis debetur. l. furiosa matris, 4.

de curat. furio. in P. Ad matrem tamen furiosi filii vel filia non pertinet iure defensio, vel bonorū administratio. l. cū repudiante, 4. C. eo. Perere & patri curatore dari filius potest, si esse nolit. l. 3. eo. C. Sunt & fratres fratrum & sororum furiosorum curatores, qui ad furiosorum successione vocantur. l. ne lucrus, 5. eo. ¶ Dari ¶ & potest testamento patris filio furioso curator, exemplo testamentarii tutoris, qui non tenetur satisfare, paterno sufficiente: sed iurare omnia se ex fide gesturum, & ad vtilitatem furiosi, & ideo omnia inuentario concludere debere certum est. l. fin. §. sed cum antiquitas, & seq. eod. C. l. pen. eod. P. ¶ Dantur ¶ & a prælidibus prouinciarum, d. §. sed cum antiquitas. & pro consiliis, l. 3. de curat. furioso. in P. Et si pupillus est clara persona, a Senatu, Caius l. curator, 5. eod. l. fin. §. sed si quidem nobilis, C. eod. & a prætorum cum disquisitione personæ, d. §. sed si quidem. cum satisfatione, & iuramento, & inuentarii confectione rerum furiosi, l. consilio, §. eod. in P. l. fin. §. sed cum antiquitas, & §. 3. in inuentario, C. eod. deficientibus agnatis: vel ex arbitrio magistratus aliis hoc modo etiam cura furiosi & prodigi decernitur. Marc. Lab. agnato, 12. & Paul. l. sepe ad alium, 13. de cura. furio. in P. ¶ Virum ¶ tamen vxori mente 30 captæ curatorem dare non oportet. l. virum. 14. eod. in P. ¶ Facia ¶ est facultas cuique extraneo etiam curandi furiosorum personis, idque inde lucrantur, vt si liberos furiosorum vel alios successuros cum attestacione missa moneant, vt eos curent, illique negligentibus in domum suam receperint, & necessaria procurauerint, sint eius successores legitimi. anten. liberi furiosi, C. de episcop. audiend. §. si quis de predictis parentibus, vt cum de appell. cogn. in anten. ¶ Dantur ¶ & mutis curatores. l. 1. §. a que, de minor. & honor. lib. 5. o. tit. 4. ¶ Finitur ¶ cura furiosorum, vbi omnino respuerint furiosi. l. fin. de curat. furio. P. l. cum alius, C. eodem.

¶ Sciens ¶ prudensque prætermisi in hac furoris questione, ea quæ de diuino furore quidam tradunt, & de quadruplici eius specie, pœtico myxteriali, vaticinio, amatorio affectu. de quibus Plato, in lo. & ibi Marfil. Fici & Plat. in Phædro. Nam illos furores ethnicos non possum alio nomine dicere, quam insanos, & quisi perseverent, ad gentiles relegari debeant. Nam qui ponunt furorem duplicem, alterum ab humanis moribus, alterum ex alienatione mentis diuina, quasi quis extra vitæ constitutionem consuetam rapitur, idem in Phædro, vel de Pulcro, recte diuidunt, si furorem diuinum pro diuina contemplatione accipiant, & impetu mentis, quæ se extra humana extollit. Sed gentiles illam diuinam exaltam, in putidos suos demones & effectus conuertentes, Apollinis, Dionysii, Musarum, & Veneris, parum sani mihi videntur, & egere curatoribus, vt pigeat de illorum nœniis hic inter se disputare.

¶ Cum ¶ curatore furiosi, non tutela, sed negotiorum gestorum actio est, quæ competit etiam dum negotia gerit. l. 4. §. fin. de tur. & rat. distrah. in P.

De Curatore prodigi. Cap. 6.

Lib. 27. P. tit. 10.

- 1 Prodigii sermonibus sapientes, sed re ipsa furiosi.
- 2 Prodigum quis dicatur. Liberalis quis, eod.
- 3, 4 Prodigio interdici bonis primum & curator dari debet, & a quibus, & qui dantur.
- 4 Prodigum ante interdictionem bonorum valide contrahit & alienat postea minime, nec vltima voluntate quidem. Interdictionis bonorum formula.
- 5 Interdici bonis meretrici. & luxuriose viuenti potest. & 6.
- 6 Tutor datus Senatori luxuriose viuenti a Tyberio.
- 7 Prodigio filio habenti filios pater testamento recte curatorem dat.
- 8 Interdici bonis non potest negligenter res suas curanti, vt prodigo.
- 9 Sophocles studiis vacans negligebat res suas. nec tamen ideo viuperatus.
- 10 Prodigum quando potest renouare contractus ante interdictionem factos.
- 11 Cura prodigi finitur sanis moribus.

AFFINIS ¶ tractacioni furiosorum, est cura prodigorum: 1 Nam prodigi parum mentis suæ compotes sunt, & specie quidem & verbis sapientes, agentes re ipsa furiosi. Ita enim Pius, vt ait Vlpianus, in l. his qui in ea causis, 12. §. 1. de tutor. & cura. dat.

ab his, &c. lib. 26. P. tit. 5. matris querelam de filiis prodigis admittit, vt curatorem accipiant, in hac verba. Non est nouum quodam est mentis sue videbantur ex sermonibus compotes esse, tamen sic tractare patrimonium ad se pertinentia, vt nisi subueniatur eis, deducantur in egestatem. Ergendus itaque erit, qui eos consilio regat. Nam equum est prospicere nos etiam vis, qui, quod ad bona ipsa pertinet, furiosum faciunt exitum. Et perinde itaque illis, ac furiosis interdicitur est, ne obligari sine curatore possint. l. is cui bonis, de verbor. oblig. in P.

2. ¶ Prodigus est, qui neque finem, neque tempus expensarum habet, & bona sua dilacerando & dissipando profundit. l. de curato. furio. P. Cicero 2. Officio. ait duo esse genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigii, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque; apparatus, pecunias effundunt in eas res, quatum memoriam aut beneuolentiam, aut omnino nullam sint relicti. Liberales, qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut res alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocaione adiuant, aut opitulantur, vel in re quaerenda vel augenda. Aristoteles lib. 1. Magno. Moral. cap. 24. de extrema vitiola liberalitatis ponit, vnum in tenacitate seu avaritia, quae non impendit, vbi & quando oportet: alterum in prodigalitate, quae vbi non decet, & plura quam deceat, & vbi non deceat, expendit.

3. ¶ Quando dicendus quis prodigus, recurrendum est ad id, quod vulgo solet fieri, vt in l. sciendum, 19. §. illud, de edic. in P. & ad modum, quo vicini eius communiter solent pecunias suas dispensare, & similes eius loci vel dignitatis. Et si quis excedere iudici visus sit, ei interdicitur bonis, vt prodigo potest. Interest autem reipublicae interdici cito, & curatores dari, ne re sua male videntur. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 5. l. 2. de iis qui sunt sui vel alieni iur. in P.

4. ¶ Proinde huiusmodi prodigis primum moribus, postea lege 12. tabul. & a praetore & aliis dehinc magistratibus, dati sunt curatores, licet maioribus viginquinque annis, primo agnati, & alii subinde. l. de curat. furio. §. furiosus quoque, de curato. Sed in primis bonis interdicitur per magistratum prodigo, ne possit de rebus suis contrahendo disponere. l. is cui bonis de verbor. oblig. P. l. Iulianus, 10. de curat. furio. in P. nec etiam vltima voluntate, §. praeterea, quibus non est perm. fac. testa. post interdictionem: ante namque potest. Et prodigus etiam talis manifeste ante interdictionem, potest efficaciter bona sua alienare. glo. in d. l. is cui, & in l. de curat. furio. & in l. furiosum de regul. iur. Et hac est communis opinio secundum Iasonem, in d. l. is cui, col. 3. pro qua facit a contrario sensu. l. Iulianus, de curat. furio. in P. in l. si curatorem habens, in verb. cui a praetore interdicitur sit, de in integr. restitut. minor. tax. in c. veritatis, de do. & contum. Docet id & formula, qua interdicio fiebat, quam refert his verbis Iulius Paulus, lib. 3. recept. sentent. 5. Moribus, inquit, per praetorem interdicitur bonis hoc modo. Quando bonatibus paterna habita, qua nequicia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis. obeam rem tibi, ea re commercio interdico. ¶ Huius ordinis est persona, quae luxuriose viuunt, cui vt meretrici, bonis interdici potest. l. §. mulieris, 15. de curat. furio. in P. Et luxuriose viuenti, id est, nimium splendide & mere nepotum perditorum: quia honestus modus sequendus est, non immoderata cuiusque luxuria. l. ex damni infecti stipulatione, de damni. infect. P. Adolecens qui in luxuriam vel meretrices profundit pecunias, similis ei est, qui perdit. l. si vero non remunerand. 12. §. si adolecens, mand. lib. 16. P. tit. 1. ¶ Et Tyberius Caesar Senatori cuidam luxuriose viuenti, tutorem, quasi pupillus esset, dedit. Dio Cassius lib. 57. Solum olim lege Lectoria curatores dabantur, vel propter laeticiam, vel propter dementia, ante M. Antonini Philosophi edictum, quo ad alios minores datio prorogata est. Jul. Capitol. in vita Antonini. Ex luxuria conflatur egestas rei familiaris: hinc nefaria consilia, vt ait de Catilina Florus, lib. 4. Epitom. capit. 1. & Sallustius de bell. Catilin. in princ. Plautus, in princ. Trinum. facit luxuriam inopia matrem: Sic Claudianus 1. in Rufinum.

Et luxu populatur opum, cui semper adherens,
Infelix humili gressu comitatur egestas.

Et proinde isti ex lege 12. tabul. erant quoque sub potestate agnatorum, & patrum: quod ex Horatio lib. 3. Carm. ode. 12. quoque constat, dum ait:

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino laurere, aut exanimari.
Mententis patris verbera lingua.

Atque idem Persius exprimit. Satyr. 1.
— & nucibus facimus quaecumque, relictis.
Cum sapimus patros, tunc ignoscite, nolo.

¶ Dat & pater efficaciter curatorem prodigo filio in testamento, & eius voluntatem sequi debet magistratus, vtique si filius prodigus habeat filios: aliter enim nisi ex causa alia interdicitur. l. si furiosus, 16. de curat. furio. in P. ¶ Negligenter rem suam curate, quamuis censoriae notae olim esset, obnoxiam tamen non habet bonorum interdictionem: nec qui negligens est, prodigus dici potest.

¶ Sicut in Sophocle Tragoediarum scriptore iudicatum, quum liberatus fuit a filiorum contouersia, qui ei dari tutores seu curatores postulabat, quod studii vacans, rem familiarem sequebatur curaret, vt ait Cicero. 1. de senectute.

¶ Curator prodigi, si ante interdictionem is prodigus notorius fuisset, & contraxerit, potest post interdictionem aduersus illos contractus restitui in integrum, si iustam causam alleget, vt quia minor, glo. in l. patri pro filio, de minor. in P. l. 1. & l. nec no. ex quibus caus. maso. ¶ Finitur cura prodigorum ipso iure, si sanos mores receperint. l. 1. §. pen. de curat. furio. in P.

Atque idem Persius exprimit. Satyr. 1.

— & nucibus facimus quaecumque, relictis.

Cum sapimus patros, tunc ignoscite, nolo.

¶ Dat & pater efficaciter curatorem prodigo filio in testamento, & eius voluntatem sequi debet magistratus, vtique si filius prodigus habeat filios: aliter enim nisi ex causa alia interdicitur. l. si furiosus, 16. de curat. furio. in P. ¶ Negligenter rem suam curate, quamuis censoriae notae olim esset, obnoxiam tamen non habet bonorum interdictionem: nec qui negligens est, prodigus dici potest.

¶ Sicut in Sophocle Tragoediarum scriptore iudicatum, quum liberatus fuit a filiorum contouersia, qui ei dari tutores seu curatores postulabat, quod studii vacans, rem familiarem sequebatur curaret, vt ait Cicero. 1. de senectute.

¶ Curator prodigi, si ante interdictionem is prodigus notorius fuisset, & contraxerit, potest post interdictionem aduersus illos contractus restitui in integrum, si iustam causam alleget, vt quia minor, glo. in l. patri pro filio, de minor. in P. l. 1. & l. nec no. ex quibus caus. maso. ¶ Finitur cura prodigorum ipso iure, si sanos mores receperint. l. 1. §. pen. de curat. furio. in P.

De Curatore ventris. Cap. 7.

1. Ventri curator, non tutor a magistratu datur.
2. Curator ventris & cum inquisitione, & sine ea datur.
3. Curator ventris & bonorum, cum curatoribus minorum furiosorum, & prodigorum differentia.

¶ Ventri curator, non tutor a magistratu datur. Et ventri quidem ita tutor a magistratu dari non potest, curator tamen potest. l. ventri, 20. de iur. & curat. dat. ab. & c. in P. lib. 26. tit. 5. quia persona eius, qui in vtero est, factis sub tutela matris est, quia & pars viscerum eius & portio censetur. l. 1. §. ex hoc rescripto, de ven. inspici. lib. 25. P. tit. 4. l. curator, de vent. in possess. mitt. in P. At curator bonis necessarius est, vt conferuentur nascituro, qui, quod pertinet ad suum commodum, pro nato habetur. l. qui in vtero, de stat. homi. in P. l. de vent. in possess. mitt. lib. 37. P. tit. 8. Interdumque curator alius ventris est, ad alimenta videlicet praebenda matri, quae fert partum, & ita nutrit: & alius qui bona administrat. l. 1. §. quoties, & seq. de ven. in possess. mitt. in P. ¶ Datur & curator ventri, vel sine inquisitione, & tunc is non satisfat: aut cum inquisitione, & satisfat. l. bonorum ventris, 8. de cura furio. ¶ Hermodogenianus, ¶ in l. inter bonorum, 49. de admin. iur. lib. 46. P. tit. 7. inter bonorum ventrisque curatorem, & inter curatorem furiosum, itemque prodigi, pupillive, magnam esse dicit differentiam: quippe cum istis, scilicet curatori furiosi, pupilli & prodigi, plena est rerum administratio: duobus autem superioribus, bonorum & ventris, sola custodia, & rerum quae deteriores futurae sunt, venditio committitur.

De Curatore bonorum. Cap. 8.

Lib. 42. P. tit. 8.

1. Curator datur bonis viuientium & mortuorum, quando, & quare.
2. Curator bonis contromeris auctore iudice & consensu contendentium datur.
3. Curator es bonis captorum ab hostibus datur.

¶ Vando ¶ agitur de bonis conseruandis, vel distrahendis, vel viuientium, vel mortuorum, saepe curator datur, Nerat. l. cuius bonis. C. de curat. furio. P. viuientium, veluti si debitor solum vertat, & foro cesserit, creditores eligunt vnum, per quem bona distrahantur, vt portio illis, quae ex redacto sit, soluat. l. fin. de curat. bon. dan. lib. 42. P. tit. 8. vel vt bona locentur & administrantur. Caius, l. in venditione. 8. §. final. de bon. aucto. ind. §. post. eod. lib. tit. 5.

¶ Videlicet ¶ approbante curatorem iudice, qui adiri debet a creditoribus, vt constituat ex eorum consensu, vel dissentientibus illis ex arbitrio seu officio curatorem bonorum debitoris vnum vel plures. l. 2. de curat. bon. dan. l. Fulcinius, 7. §. Labeo quibus ex causis in possess. eod. l. br. tit. 4. Idipsum in bonis mortui, si heres nolit, vel non possit adire hereditatem, creditores petunt bonis dari curatorem. l. 1. de curat. bon. dan. Dabitur & quamuis non fiat, vel si non vigeant creditores, ad conseruanda bona, & ad peritura distrahenda, l. si diu, 8. quibus ex caus. in possess. sat. veluti si domini

domini capti ab hostibus, reuerti sperantur, l. 1. §. 1. Et si de muner. & honor. lib. 50. P. tit. 4. l. in possessionem. quib. ex cau. in posse. cat. si ex Carboniano edicto bonorum possessio petita sit, & cautio non detur. d. l. sed si is, §. fin. de muner. l. 1. §. quoties, de Carbon. ed. et. P. l. cum cognatis, 3. de capti. & postlim. reser. lib. 8. C. tit. 5. 1. Et sic in similibus. ¶ Dantur t̄ curatores quoque captis & uiuentibus apud hostes, spe postliminii, ne interim bona eorum fraudibus dissipentur.

De Actoribus & adiutoribus tutorum, vel curatorum. Cap. 9.

Lib. 5. C. tit. 6.

- 1 Tutoribus & curatoribus dantur adiutores per iudicem, pro ntu eorum tutorum vel curatorum.
 - 2 Tutores & curatores cur in locum sui procuratorem pro rebus pupilli non possunt dare, sed actorem: nisi lite contestata.
 - 3 Actor datus a tutore & curatore quid praestat in iudicio.
 - 4 Actorum tutorum quando finiatur officium.
- Superioribus t̄ personis curatores & t̄ tutorum alia quandoque accedunt auxiliares, addit̄ a iudice pereatis tutoribus vel curatoribus, si illi sufficere non queant administrare iudicium: nempe actores seu adiutores, ratione iudiciorum, l. que omnia, de procur. in P. & in locum procuratorum ad lites. Qui periculo tutorum & curatorum dantur, id est, ut ipsi teneantur pro illis, si male & perperam administrauerint negotia commissa. utrumq. probatur in l. sole, 13. de tutel. in P. ¶ Explicat t̄ autem id Iulianus Paulus, & cur actor potius, quam procurator hic dicatur in tutela licum curam habens. De reo, inquit, l. De reo, 25. de administr. & peri. tutor. lib. 26. P. tit. 7. tutorum periculo, tutoris actor constituitur, quotiescunq. aut diffusa negotia sunt, aut dignitas, aut aetas aut ualeudo tutoris id postulat: Nempe si infans pupillus fieri non possit, ut procuratorem facere non possit. Et Diocletianus, & Maximianus nec parti quidem tutori filii permittit procuratorem creare, sed actorem tantum. l. 1. de act. a tuto. seu curat. d. in lib. 5. C. tit. 6. Iure enim tutor quam illi abest, aliam quam tutorem constituitur non potest. l. curatorem habenti, 10. qui da. tutor. & curat. poss. lib. 5. C. tit. 3. 4. Tutores enim aut curatores, domini rerum minorum non sunt, sed illarum agant curam, & ideo procuratorem non possunt constituere pro illis in iudicio, l. 1. de procurat. in P. sed actorem, l. neque. C. de procura. l. si actor, de appel. C. ex causis, §. fin. de curato. nisi lite contestata ordinare uelit procuratorem tutor, quia tunc factus est dominus litis. d. l. neque. Quamquam in negotiis gerendis procurator re & alium procuratorem constituat. l. si procuratorem. §. si quis, mand. in P.
- Hic t̄ actor tamen, tanquam procurator satisfat de calumnia, ut legitimam personam standi in iudicio habens. l. 2. §. 1. §. fin. autem, §. l. de iuram. calum. C. §. ibi. §. gl. 2. in d. l. de act. a tuto. vel curat. d. in C. ¶ Finitur t̄ horum acturum officium, finito officio eius cui additi sunt, nempe tutoris vel curatoris, l. 1. quan. tuto. vel curato. esse def. C. vel finito negotio, cui praefecti fuerunt.

De Actionibus tutelae & Curae, directis & utilibus, ciuilibus & praetoriis.

Cap. 10.

Lib. 27. P. tit. 3. Arbit. tutel. lib. 5. C. tit. 5.

- 1 Tutela actio, non nisi finita tutela proponitur, contra curatorem, autem & actio proponitur pendente administratione.
- 2 Tutor ut ex quasi contractu obligatur, unde actio eius tutela.
- 3 Tutor conuenitur pro male gestis, non gestis gerendis, pro dolo & culpa: teneturq. res eius & proprias curare.
- 4 Actio in tutorem duplex: tutela, & de rationibus distrabendis: que & utilis in curatorem.
- 5 Tutela actio directa, & contraria, & utilis. Res pro quibus tutela actio vel cura directa datur, eodem & numero 6. 7. 10.
- 6 Negotiorum gestorum actio quando in tutorem vel curatorem datur.
- 7 Tutor a tempore quo sciuit se datum, & si non administrauerit, tenetur de periculo tutelae.
- 8 Tutor vel curator num teneantur pro usuris pecuniarum otiosarum minorum.

- 1 Tutorum unus pro omnibus in solidum conueniri potest pro tutela. Quando inter contutores habet locum exceptio diuisionis: & quando in solidum quilibet tenetur.
- 2 Tutoribus & curatoribus competere beneficium ordinis, cessionis, diuisionis, & utilitatis actionis: & beneficium ordinis quod, & quando illis datur.
- 3 Beneficium diuisionis tutelae & curae quale, & quando datur tutoribus & curatoribus.
- 4 Beneficium cessionis actionis datum contutori.
- 5 Utiles actio que datur contutori in contutores.
- 6 Actio pro tutela, in eum qui se pro tutore vel procuratore falso gessit: & de contraria protutela.
- 7 Tutela actio durat 30. ann.
- 8 Tutela & cura nomine in quantum, & quomodo agant heredes minorum, & teneantur heredes tutorum & curatorum, an de dolo, lata, leuiq. culpa.
- 9 Infamia ex condemnatione tutelae vel cura non transfertur in heredes tutorum vel curatorum, quomodo.
- 10 Iuratur in litem contra tutorem, non contra eius heredem.
- 11 Perfidia tutorum & curatorum infamia, & aliis penis punita. Item 19.
- 12 Platonis lex de tutelae, & accusationibus tutorum.
- 13 Tutores honorarii & notitia causa dati, quando, & in quantum teneantur.
- 14 Actio directa de rationibus distrabendis quid, & contra quos datur.
- 15 Actio tutela, & de rationibus non concurrunt.
- 16 Furti actio interdum contra tutores & curatores agitur.
- 17 Actio de rationibus distrabendis datur contra quoslibet tutores non contra heredes eorum.
- 18 Actio alia in curatorem & tutorem ex stipulatu, rem pupilli saluam fore, & quando ex ea agatur, & contra quos.
- 19 Actio ex stipulatu, rem pupill. saluam fore, utilis datur in pro tutore gerentem.
- 20 Beneficium diuisionis agenti minori contra tutores obici nequit ab illis, inter illos quatenus locum habeat.
- 21 Actio subsidiaria quando ob tutelam vel curam competat contra magistratus, qui tutores & curatores dederunt, in Nominales tutorum & curatorum actio quando competit, eod.
- 22 Magistratus collega, qui conueniri possunt nomine tutelae vel cura, diuisionis an habeant beneficium.
- 23 Magistratus, qui non tenentur in subsidium tutorum vel curatorum, quos dederunt.
- 24 Scriba, cui de facultatibus minorum commissa est inuentarii confectio, quando in subsidium tutorum & curatorum teneatur.
- 25 Ordo qui nominauit magistratum, qui minoribus tenetur, non tenetur pro magistratu in ea causa tutela vel cura.
- 26 Utiles actio ex factis tutoris vel curatoris data, minoribus, & in minores.
- 27 Actiones praetoria pro tutore, & in factum pro tutela & cura, in quos dantur minoribus.
- 28 Restitutio minorum & aliorum, in factum actione aduersum gesta a falso tutore vel curatore.
- 29 Actio pro tutela & pro tutore praetoria, in quo differant. Actiones t̄ tutela & cura fere eadem tractatione concludi possunt, paucis exceptis, ueluti quod actio tutelae non nisi deposita administratione proponi iure communi possit, l. nisi finita, 4. & l. si tutor, 2. §. fin. & l. sed non datur, 10. de tutelae. & ratio, distrab. in P. cum curatore autem manente administratione, ut cum procuratore agi possit, l. cum curatore, 27. de administr. tut. in P. ¶ Tutores t̄ qui tutela iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligati esse intelliguntur, sed ex quasi contractu: cuius nomine mutae sunt actiones, & quae pupillo in tutorem dantur directa, & quae tutori dantur in pupillum contraria. §. igitur, de oblig. qua ex del. nasc. ¶ De t̄ omnibus quae tutor fecit, cum facere non deberet: item de omnibus, quae non fecit, rationem reddet hoc iudicio, praestando dolum & culpam, & quantum in suis rebus diligentiam, l. i. in l. de tut. & ratio, distrab. lib. 27. P. tit. 3. l. a tutoribus, eod. l. quicquid. arbit. tut. C. §. fin. ut qui oblig. perhib. se hab. res mino. in auth. Lex Platonis etiam ea, 11. de legib. Tutor non minus orphanos, quam si genuisset eos, diliget: neque res illorum perit, quam



suas gubernes. Imo etiam effectus animi magis. Cicero tutelam & procuratorem in re publica gerendam ait, ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non eorum qui bus commissi est. *Cic. 1. Offic.*

4 ¶ Actio ¶ in tutorem ei qui in potestate eius fuit, duplex datur: tutela vna, & de rationibus distrahendis contraria alia. *l. 1. §. in tutela, de iur. & ratio. d. strahen. in P.* Quarum exemplo alia in curatorem datur vilis, extensione facta actionis, quod indicat conceptio tituli seu rubricæ, de tutelis & rationibus distrahendis, & vtili cuius rationis causa, actione. ¶ Tutela ¶ actio directa, & contraria, & vtilis. Res pro quibus datur directa, sunt omnia geri, & male gesta: vt officio tutoris incumbit rationes actus sui conficere: & pupillo reddere. Ceterum si non facit, aut factas non exhibet, hoc nomine iudicio tutelæ tenetur. *l. 1. §. Officio. eo.* Item quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, seu curatoris minores amiserint, vel cum possent, non acquisierint, hoc in tutela, seu negotiorum gestorum vtile iudicium venire non est incerti iuris. *l. quicquid. 7. arbit. iur. C.*

6 ¶ Negotiorum ¶ autem gestorum tunc actio datur, quando post depositam tutelam, vel finitam, administravit tutor, vt ait Iulius Paulus, *lib. 1. recept. sentent. iur. 4. cap. 2. facit l. curatoris, de neg. gest. C.* vel si pro tutore, vel curatore cum non esset, se gesserit. *Idem Paulus eod. lib. §. in c. 8.* Sed illa non est tutela propria actio, de qua nunc agimus. ¶ Rursum ¶ directa tutela datur in tutorem, vel curatorem, qui pecuniam pupilli, vel minoris in suos vsus conuerterunt, vt eas cum vsuris legitimis restituant. *l. 3. §. l. cum interdico, C. arbit. iur. l. iur. qui reperiuntur, 8. §. si post depositionem, cum sepa. §. §. de admin. tutor. l. tutor, 21. §. l. et si scisses, C. eod. Exstant hac de re constitut. regia & placita curia suprema, de quibus vide Papianum, *lib. 15. Rhapso. aresto. tit. 5. arest. 4. §. 5.* Qui tamen semper præsumitur perpetuo ignorare, nisi contrarium probetur, *l. hoc autem, 7. de admin. iur. in P.* videlicet, si intra tempora excusationibus deputata eas non proposuerit, *l. 1. eod. tit. in P.* legitimas nempe, quando quidem illegitimæ non liberant a periculo excusationis. *l. quaquam, de excusat. iur. C. l. qui testamento, eo in P. l. 2. si iur. appell. C.* Quomodo admodum contra, si tutoris datio nulla sit aut non teneat, periculum nullum est tutoris, si non administrauerit, quaquam seuerit se datum. *l. miluita, §. l. neque, qui dar. iur. poss. C.**

9 ¶ Competit ¶ & tutela in tutores actio, si male contraxerit, id est, si prædica non idonea comparauerit per fordes, aut gratiam, aut per latam negligentiam, *l. tutor, qui reperiuntur, §. competit, de admin. iur. in P.* vt soluant fructus ex rebus perceptos, vel qui bona fide percipi potuissent, *l. si sine herede, §. Modestinus, eod. de dolo, si reperiuntur non fecerint, l. iur. 28. eod. d. l. iur. qui reperiuntur, et si alio modo gesserint dolo, de culpa, de negligentia, vt supra monuimus, *facit l. 1. de peric. iur. C.* iuraturque in litem aduersus dolum, *d. l. iur. qui reperiuntur, et si soluendo non sit extra ordinem exercetur. l. obsequium, 50. eod. de admin. iur. Ceterum de casu fortuito non tenetur, l. 4. de peric. iur. lib. 5. C. tit. 58. l. negotium C. de iur. gest. vt si in casu latronum res perierit, *l. si res pupillaris, §. de admin. iur. iur. P.* nisi serualet non seruanda, que perierint casu ob culpam præcedentem. *l. 3. de peric. iur. C.***

10 ¶ Ad ¶ factus quoque pecuniarum pupilli tenebatur tutor antea, illudque ipse præstabat, si otiosas reliquisset: hodie tamen, si redditus vel fructus patrimonii minorum & pupillorum sufficiant pupillorum vsibus, non tenentur seruari: aut si non sufficiant, non tenentur mutare, nisi quatenus sufficiat ad dispensationem adulescentis. *l. iur. 28. §. aut h. nouissime, de adm. iur. C. l. 1. de vsur. pupill.* Cum quia vsuræ veritate ad Deum sunt, *D. Luc. 6. f. salm. 14.* tum quod sæpe accidit, vt pecunie sinebres iusto Dei iudicio, & patrimonii feneratorum, in nihilum recidant. *l. lex qua tutores, de admin. iur. iur. C.* Quo fit, vt si mutauerit tutor pecuniam pupilli, mutui subiacet periculo. *d. a. iur. nouissime, §. §. quoniam, tit. vt si qui perhib. oblig. se hab. §. c. in a. iur. colum. 6.* Cum autem is ad vsuras condemnabitur, arbitrium erit iudicis quales præterit. *l. 4. §. quantas, de fideiuss. iur. in P.* vt si in dolo, maximas. *l. iur. 8. §. pecunie, §. l. non existimo, de admin. iur. in P.* Datur autem actio pupillis & heredibus eorum, & dicitur omnes con-

tutores, & singulos quos eligere voluerint in solidum. *l. si sine herede, 35. §. heredit. eod.*

¶ Habet ¶ tamen locum inter contutores contumaciter non gerentes exceptio diuisionis. *l. si plures, 19.* Verum tamen hic opus est distinctione. Nam diuisa tutela vel cura, siue a præfide, siue a testatoris voluntate, periculum tutelæ seu curæ non pertinet ad contutores contutorum male gerentium, sed pro parte sua quilibet conuenitur: nisi per dolum ob culpam suspectos non remouerint, vel tarde suspectos arguerint cum illi non soluendo effecti sunt: vel si suspicionis causam agentes, pupilli iura prodiderunt. *l. 2. de diuid. iur. C.* In solidum porro tenentur pro contutore, nulla diuisione a testatore, vel iudice facta.

¶ Atramen ¶ illis competit vel beneficium ordinis, vel cessionis, vel diuisionis, vel vtilis actionis. Beneficium ordinis est, vt ordine alter post alterum conueniri possit, si tamen inter illos omnes gerentes aliqua facta sit administrationis diuisio: nam nulla diuisione facta inter ipsos, siue ordine quilibet eorum electione libera in solidum conueniri potest. *d. l. 2. de diuid. iur. C.* Quod obtineri diuisione etiam facta inter contutores eiusdem generis, puta si sint omnes testamentarii, vel legitimi, vel datiu. Ceterum si sint diuersi generis, vt alii eorum qui administrauerint, fiat datiu. alii testamentarii: prius conueniuntur pro propria administratione datiu. secundo qui pro his se obligauerunt, de hinc magistratus qui eos dederint, antequam perueniant ad contutores. *l. Lucius, 47. §. cum in testamento, de admin. iur. C. Et licet, inquit Diocletian. & Maximilian. tutorum conuentione mutuum periculum minime finiatur, tamen eum qui administrauit, si soluendo sit, primo loco, eiusque successores conueniendos esse non ambigunt. *l. fin. C. de diuid. iur. l. 2. §. iur. non gesse, l. cum interdico, 6. arbit. iur. in P.* Postea contutores, dummodo tempore deperisset tutelæ soluendo alii qui gesserunt non sint: alioquin eo tempore soluendo existentibus, contutores pro his non tenentur. *l. 1. de diuid. iur. C.**

¶ Quod si ex diuersi generis contutoribus datis, quidam gesserint, alii non administrauerint, sed aliis maiuerint gerere: inter eos non locus beneficio ordinis, quia omnes gessisse videntur. *l. tres tutores, 56. §. non solui, de adm. iur. l. iur. autem, §. gessisse, eo l. 2. de fideiuss. iur. in P.* Si autem quidam tutelam vel curam non gesserint, nec mandauerint gerere, sequendum est rescriptum Alexan. cuius verba: *Qui se non immiserunt tutela vel cura, ex persona eorum qui gesserunt, sed non fuerint non onerantur: si qua vero sint, qua cum geri debuissent, omnia sunt, lata culpa ratio omnes aequaliter tenet. l. 2. §. iur. vel curat. non gesse, lib. 5. C. tit. 55.* Et certum est, non solum eos qui gesserunt, sed etiam qui gerere debuerunt, tutelæ nomine teneri etiam de his, quæ a contutoribus seruari non potuerunt: si modo, cum suspectos facere debuerunt, id officium omiserunt. *l. 1. §. iur. vel curat. non gessi, l. si quis tutor, §. qui in etiam, de rit. iur. in P. l. si tibi pater, de testa. iur. C.* Exitus & singularis cum distinctione Papiniani hac de re in hæc verba, sequentia: *In eum qui tutelam gerere noluit, post ceteros qui gesserunt, actionem vtilem tutelæ dari placuit: quod tamen ex tutela non peruenit ad eos qui se negotiis miscuerunt, sed communis negligentia perire, citra substitutionis ordinem aequaliter ad omnium periculum spectat. l. tutor, §. qui post, 41. §. in eum, de admin. iur. C.*

¶ Verum ¶ beneficiū datur diuisionis, quando plures simul gesserunt tutelam, & omnes simul soluendo sunt: æquissimum enim erit tunc diuidi actionem inter eos pro portionibus virilibus exemplo fideiussorum. Si non omnes soluendo sunt, inter eos qui sunt soluendo diuiditur actio: sed prout quisque soluet dolo est, poterunt conueniri. *l. 1. §. nunc tractemus, de iur. & rat. distr.* Sic tutores & curatores omnes alicuius, siue simul omnes administrauerint, siue non administrauerint, aut inter se diuiserint administrationem, cuius unus generis sint aut datiu. aut legitimi, aut testamentarii, licet quilibet eorum teneatur in solidum, tamē beneficium diuisionis habent, non ordinis, etiā si dolo administrauerint, *l. si plures, in 2. de adm. iur. P. Boer. de off. 59. n. 2. §. 3. l. 1. §. 2. §. iur. vel cur. v. gesse, C. vide licet si ex communi dolo & culpa conueniantur, contra, si ex d. lo specialia, d. l. 1. §. 2. eo. Bar. in l. 1. de transf. C. §. ibi gl. & interp. alii l. 1. §. plane, de iur. & rat. distr. in P.* Plures itaque curatores vel tutores in ius vocati, simpliciter condænati pro virilibus censentur partibus condænati, licet obligatio & petitio fiat in solidum, vt in l. 1. plur. vna sent. fuer. cond. & ibi no. Bal. & Albe. in l. ea qua. sum. erit. Quinimo arbitrantur interpretes pluribus condænatis ratione tutelæ in solidum, posse eos dolo opponere ad hoc beneficiū diuisionis. *Bart. Paul. Cast. Arg. in l. Paulus, de sol. in P. Et ita iudicatum not. Boer. in d. de off. 59. n. 9.* Ili autem ex sententia plurium, quos refero, interpre-

interpretari, verius videtur proponendam esse exceptionem diuisionis ab exordiolitibus, ante litem contestationem: quod sit exceptio dilatoria. *idem in proxi. cita. de off. n. 10. per Bald. Cyn. q. 6. in l. exceptio nem. de excep. Et.* Diuisa tamen semper videtur condonatio eorum, qui in diuersis prouinciis administrant eiusdem tutelam & bona: nam tutor vnus prouinciæ non tenetur de facto alterius, l. 2. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 3. 9. ¶ De beneficiis cessionis, vnde & actio utilis in contutores, Vlpianus sic respondit: *Si forte quis ex facto alterius tutoris condemnatus praesitit, vel ex communi gestu, nec ei mandata sunt actiones, videlicet si a pupillo vel minore non fuerit cessata actio.* ¶ *Constitutum est a D. Pio, et ab Imperatore nostro, et ab eius patre, ut item actionem tutori aduersus contutorem dandam. l. 1. §. nunc tractemus. ver. sic. Et forte. de tut. Et rat. dist. in P. l. ex facto.*

14 ¶ *De neg. gest. in P. l. cum interdicta. 6. arbit. tut. C.* ¶ Datur etiam protutela actio in eum, qui se protutore gessit, vel pro curatore, cum tamen vere non esset tutor vel curator, atque ea exerceri potest ante tempus pubertatis. l. 1. de eo qui pro tut. nego. gessit. lib. 5. C. tit. 45. Et l. 1. eod. lib. 27. P. tit. 5. Tenetur autem ad id quod tutor obstringitur, & pari modo et contrarium iudicium protutela datur. l. pen. et fina. eod. in P. ¶ Tutela et actio tam heredibus pupilli, l. tutela actio. 12. arbit. tut. C. quam etiam contra heredes tutoris competit, d. l. tutela, et l. tutor qui reperiuntur. 8. de administr. tuto. in P. l. si tuto. 61. eod. vlt. que ad 30. annos. l. tutores tutela. 8. arbit. tut. C. ¶ Veruntamen non eodem modo heredes tutorum vel curatorum, quo ipsi tutores vel curatores tenentur, l. 1. de hered. tuto. C. lib. 5. tit. 54. neque privilegia minorum in successoribus transeunt. l. ex pluribus, 43. de administr. tut. in P. Itaque heredes tutorum vel curatorum tenentur eo nomine rationem reddere de eo quod tutor vel curator administrare debuit, nec administrant: conuentus primus illis, vt diximus, qui a ministrauerint. l. 2. et fin. de hered. tut. C. l. tutela, et l. tutor qui reperiuntur. 8. de administr. tut. in P. l. si tuto. 61. eod. vlt. que ad 30. annos. l. tutores tutela. 8. arbit. tut. C. ¶ Ex dolo tutoris vel curatoris heres tenetur, alioquin & de lata culpa, non de leui ex persona defuncti, l. curatoris, 17. de neg. gest. C. l. alio. C. de in lit. iur. l. ex depositi. 13. et l. ex contrahit. de actio. in P. l. in hered. de magist. conus. C. l. non similit. 4. eod. P. l. fin. et 4. de fideiuss. tut. in P. quamuis ex sua persona de leui tenatur. l. 3. §. penult. de neg. gest. P. l. cum ostendimus. 4. §. 1. de fideiuss. et ma. tuto. lib. 27. P. tit. 7.

19 ¶ Quod pertinet tamen ad infamæ iudicium, differunt defunctus & heres: si quidem tutor aut curator de dolo proprio suo nomine, iudicio vel actione directa conuenus, damnatus infamis est: heres autem, qui de dolo defuncti nomine damnatur, minime. Quia de perfidia alterius agitur, l. 1. et l. furri. 6. §. patius, et §. pen. et fin. de iis qui not. infam. P. et heres tantum in eis alienum, non in tutelam succedat. d. l. furri. §. pen. ¶ Quare et contra tutorem de dolo versatam in litem iuratur, l. tutor qui reperiuntur. 8. de administr. tut. no autem contra heredem, nisi & ipse in tutela, mortuo tutore, vel curatoris heres in cura, defuncto curatore dolo versetur: quia tunc ex proprio dolo quilibet tenetur, quamuis a negligentia leuis culpæ immunitus sit. d. l. 4. §. 1. de fideiuss. et hered. tuto. in P. Quædam, n. sunt quæ heres tutoris quamuis tutor non sit, tenetur contra defuncto implere & explicare, si is heres legitimus & idoneus ætatis sit, in quibus ipse dolum committere potest. 21. l. de fideiuss. tut. P. l. si tutor post. de tutel. et rat. dist. in P. ¶ Et ¶ Cicero pro Q. Roscio. Si qua sint, inquit, priuata iudicia summe existimationis, et pene dicam capitis, tria hæc sunt, fiducia, tutela, et societas. Atque enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere, que continet vitam, et pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, et socium fallere, que se in negotio coniunxit. ¶ Platonis et de tutoribus lex etiam hæc: Si tutor negligere aut malitiose agere propinquus, aut ceterorum civium alicui videbitur, in iudicium adductus quadruplum damni restituat, cuius pars altera puero, accusatori altera defertur. Postquam vero ad pubertatem orphanus venit, si male secum egisse tutorem duxerit, ad quinquennium usque ab exalta tutela, in tutorem sibi agere liceat. Et si tutor qui ipsam condemnabitur, quid

patri dariue debeat, a iudicibus decernatur. Plato, lib. 11. de legib. Que per omnia in heredibus tutorum locum habere non possunt, maxime in heredibus eius, qui non iure tutor vel curator datus, administrationi se non immiscuit, qui nec dolum, nec culpam præstare debent. l. heres eius, 8. de fideiuss. et nominat. tuto. in P. ¶ Datur et actio tutelæ in tutores, quos vulgo dicimus honorarios, qui nihil administrant, videlicet excussis prius facultatibus eorum, qui gesserint. Imputatur namque illis, cur cum alios gerentes male gerere viderent, non fecerint suspectos. l. 3. §. si parens, de adm. tut. P. l. sed si nulli. Nouell. 118. Tutor autem notitiæ causâ datus, perinde ac reliqui tutores, in omnibus administrationis & accessionis iure conueniti potest. l. quæro. 32. §. 1. de testam. tut. lib. 26. P. tit. 2. l. 1. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 38. ¶ Alia et actio quæ contra tutores competit directa, est de rationibus tutelæ distrahendis, hoc est, vt ego interpretor, de controversia illarum rerum, quæ per tutorem subtrahuntur a rationibus redditis, & interceptantur: vel interceptentur, nisi pererentur a pupillis vel minoribus tanquam ablata. Actio, inquit Paulus, de rationibus distrahendis nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit: quod si furandi animo fecit, etiam furri tenetur, et vt ratio, actio obligatur, neg. altera aliter tollit. l. 2. de tut. et ratio, dist. in P. l. 1. §. in tutela. eod. Et conditio quoque factina competit, per quam rem pupillus consequitur. ¶ Actio et hæc est in duplum, in qua tamen simplum tantum pœna. d. l. 2. §. pen. et fina. et l. 1. §. considerandum, eod. tit. Vlpianus autem sic explicat: In tutela ex vna obligatione duas actiones esse constat, et ideo siue tutela fuerit actum, de rationibus distrahendis agi non potest: siue contra, tutela actio, quoad speciem istam, perempta est. Hanc tutorem tamen, qui interceptu pecuniam pupillarem, et furri teneri, Papinianus ait, d. §. in tutela, l. 1. de tut. et ratio, dist. in P. Videlicet si animo furandi interceptat. Nã, vt Tryphonius ait, sine animo furandi interceptio rerum pupilli in duplum punitur per legem 12. tabul. non tam propter factum, quantum propter perfidiam: quod perfide tutor se gessit. l. res tutores. 56. de administr. tuto. P.

¶ De et rationibus distrahendis actione non solum ii tutores tenentur, qui legitimi fuerunt, sed omnes qui iure tutores sunt, et gerunt tutelam. l. 1. de rationibus, de tuto. et ratio, dist. in P. Estque perpetua, quæ minoribus & successoribus eorum datur: verumtamen in heredem, ceterosque successores non dabitur, quia pœnalis est. d. l. 1. §. pen. eo. ¶ Alia et actio in tutore est, ex stipulata rem pupilli saluam fore, cum pupillo rem saluam fore stipulata est. Agi autem ea tunc potest, cum et tutela agi potest. l. 1. et 4. rem, pupilli, sal. fore. lib. 46. P. tit. 6. Daturque finita tutela, & ex quibus causis actione tutelæ agi potest, ex iisdem agitur ex hac stipulatione, et contra ex quibus non potest agi ex illa, nec quoque ex hac. l. cum pupillus, 9. et l. non quasi. 4. §. hanc stipulationem. et §. generaliter. rem, pupilli, sal. fore. Tenetur ob hanc cautionem, non solum verus tutor qui administrat, sed etiam qui pro tutore gerit, & fideiussores eorum.

¶ Is et tamen qui non gessit, quia nec actione tutelæ tenetur, hac actione non conuenitur, sed vtili actione: quia suo periculo cessauit. d. l. non quasi, §. 1. Et hæc eadem quæ de tutoribus ex hac stipulatione diximus, vera in curatoribus cuiuscunque speciei erunt, siue puberibus, siue impuberibus. siue furiosis, siue prodigijs, vel quibusdam alijs, vt fieri assolet, dati fuerint. d. l. non quasi, §. pen. et fin. ¶ Nomine et quoque tutorum et curatorum, qui satisfecerint rem minoris vel pupilli saluam fore, fideiussores conueniri possunt, & quilibet eorum in solidum: ita tamen, vt huius qui conuenitur cedantur aduersus fideiussores actiones. Neque conuenitur a pupillo diuisionis beneficium oblicere possunt: conueniunt autem ab alijs possunt. l. si rem pup. sal. for. P.

¶ Subinde et alia actio subsidiaria directa minoribus ratione tutelæ, vel vtilis ratione curæ male administratæ datur, in magistratibus qui eos dederint. In magistratibus municipales, inquit Imperatores Diocletian. et Maximilian. tutorum nominatores, si administrationis finito tempore soluendo non fuerint, nec ex cautione fideiussionis solidum exigere possit: pupillis quondam in subsidium, indemnitate nomine actionem utilem competere, ex Senatusconsulto, quod auctore Traiano parente nostro factum est, constitutum. l. in magistratibus, 5. de magistrat. conueni. lib. 5. C. tit. 75. Conuenitur itaque magistratus, vt nominator tutoris vel curatoris minus idonei, postquam bona nominati, & fideiussorum eius, nec non collegarum, ad quos periculum administrationis spectat, excussa fuerint, nec per ea indemnitate minoris satisfactum est. l. aduersus, 4. eod. et l. 1. eod. C. Tenenturque pupillo ad ea, ad quæ tutores con-



ueniri possunt, *l. si eod. P. lib. 27. tit. 8.* si idoneam cautionem a tutoribus vel curatoribus non exegerint, rem eorum saluam fore: nam omitendo eam cautionem, se ipsos fideiussores pro ipsis dedisse videntur, qua ratione & eius heres tenetur. Si vero cautionem exegerit, tunc temporis cum cautum est, idoneam, et si postea defuerit esse idonea, tutus est, & heres eius ab hac actione. *leg. quod ad heredem. 6. & l. 1. §. si magistratus. eod. P.* Similiter & hac actione non conuenitur, si duos tutores dans non exacta cautione, quorum vnus sufficiens, alius minus idoneus sit, & qui idoneus est, in solidum fuerit pupillo condemnatus, & satisfecerit. Non enim potest tutor condemnatus pro contutore non idoneo conuenire magistratum, eo prætore, quod a contutore non exegerit cautionem, nisi inscio illo tutore contutor non idoneus datus sit sine cautione: tunc enim ex æquitate illi in magistratum datur actio. *l. proponatur. 2. in l. 1. §. de magistr. conue. in P. d. l. in magistratus. eo. C. l. Lucius. §. pen. de administ. tut. in P.* In cōdemnatione porro magistratum tutelæ vel curæ nomine duo distinguenda sunt, §. *subsidaria. de satisf. da. tuto. lib. 1. Instit. tit. 2. 4.* num tutores vel curatores dando, nullam ab illis omnino cautionem exegerint, an vero aliquam exegerint, sed non idoneam. Rursum, si omnino non exegerint, an tempore finitæ tutelæ vel curæ fuerint idonei & soluendo, an non sint: nam, quo casu tunc idonei inueniuntur, et si postea desistantur facultatibus extra periculum sunt, & heredes eorum: si minus, contra. *l. Emilis. Dixer. 5. 4. de administ. tut. in P.* Ita si minus idoneam, vel nullam adiecerint ipsi, & similiter tenentur heredes magistratum. Nam magistratus in omne periculum succedit, & heres ipsius dolo proximo culpæ succedaneus est, *l. in non similitor. 4. de magistr. conue. in P. l. 1. de tut. vel cura. illustr. perso. lib. 5. C. tit. 3. §. id est, de dolo & lata culpa de functi tenetur, nō de leui. l. quod ad heredem, 6. d. tit. de magistr. conue. in P. l. 2. C. eod.*

- 32 ¶ Ceterum ipsi magistratus, si plures sint qui eiusdem actionis rei sunt, qui de derint sine inquisitione vel satisfactione tutores vel curatores, si uterque soluendo sit, possunt petere beneficium diuisionis. *l. 3. eod. C.* ¶ Quæ intelligenda sunt de magistratibus, qui tutores vel curatores dant, & solent, vel debent exigere cautionem: non autem de illis, qui dant quidem, sed qui non solent exigere, vt præfectus vrbis, prætor, præses Prouinciæ, & similes. §. *si de susce. tut. ap. Iust. in l. 1. §. neque prætor. de magistr. conue. in P.* Verumtamen il magistratus, quibus prætor, præfectus, & similes mandant exigere cautionem a tutoribus & curatoribus, quos ipsi dant, si non exegerint, tenentur: non etiam quibus mandatum, vt de facultatibus eorum inquirerent & renuntiarent: nam isti non æque ac magistratus, qui dant tutores & curatores, simulq; qui exigere debent cautiones, puniuntur, *l. 1. §. si præses prouincia. eod.*
- 34 in P. ¶ Agitur ¶ etiam contra scribam, cui mandauerat prætor, vt inquireret de substantia minoris, vt pro facultatibus medulo tutor vel curator eligeretur: si dolo aut negligentia sua veram substantiam taxationem passus est occultari. *l. 1. eod. C.* ¶ At ¶ contra ordinem qui magistratum, qui ex tutoris vel curatoris datione tenetur, elegerit, vel nominauerit, non datur actio post eum magistratum subsidiaria: nam illi tantum promittunt rem publ. non pupillorum rem saluam fore, nisi expresse qui nominarunt & illud promiserint. *l. 1. in princip. eod. in P.*
- 36 ¶ Alia ¶ etiam datur utilis actio ex facto tutoris vel curatoris minori, ex iis quæ contraxerunt illi nomine eius, vt contra, ex contractu eorum in minorem agitur. *l. 1. 2. 3. 4. §. quan. ex fac. tut. min. conuen. poss. lib. 5. C. tit. 3. §. d. tutor. 6. eod. tit. lib. 26. P. tit. 9.* Nisi illi vel in suam personam non arint, vel dolo malo contraxerint: cum doli tutori vel curatorum minori non noceat. *l. 1. 3. 4. eod. in P.*
- 37 ¶ Duæ ¶ actiones sunt prætorias, quæ dantur in tutorem pupillo: vna quæ pro tutore est, quæ in eum dirigitur, qui cum tutor non esset, tamen se pro tutore gessit. *in tit. de eo qui pro tuto. negot. gess. in P. & C.* Alia quæ in factum est, contra falsum tutorem, si cum tutor non esset, in aliquam captionem adolescentem induxisset. *l. sine. quod ful. tut. aucto. gess. esse dicit. lib. 27. P. tit. 6. & l. falsus tutor. 11. eod.*
- 38 ¶ Restituitur ¶ & minor aduersus negotium gestum ab illo, nec non ceteri actione in factum, si modo ignorarint eum esse falsum tutorem. *in l. 1. §. fin. eod.* Sunt & quædam personæ, quibus & scientia restitutioni non officit. *l. 2. 3. 4. 5. eod.* ¶ Propter ¶ dolum malum autem hæc actio prætorias diuersa a protutela inducitur. Quod in actione pro tutela crediderit se quis tutorem esse: at in hac prætorias sciens se non tutorem, dolo malo se talem finxerit, & gesserit, & proinde quanti ea res erit quam gessit, in

tantam pecuniam condemnatur. *l. nouissime. 7. eod.* Datur & in eum, cuius dolo factum est, vt falsus tutor auctoritatem suam nomine pupilli interponeret. *l. nouissime. in prin. & §. fin.* Datur & in factum istæ actionis heredibus & successoribus, non autem in heredes, neque in falsum tutorem post annum: quoniam & factum puniunt, & in dolum concipiuntur, & aduersus eas personas, quæ alieno iuri subiectæ sunt, noxales fiunt. *l. huius actionis, 9. §. has actiones. eod.*

De Contrariis actionibus tutelæ & curæ.

CAP. II.

Lib. 27. P. tit. 4. Lib. 5. C. tit. 8.

- 1 Finito officio tutela datur contraria actio in minorem tutori. Et quid illa contraria actio.
- 2 Contraria pro tutore, & cura contraria, pendente administratione datur.
- 3 Res & causa, ob quas datur actio contraria tutelæ.
- 4 Tutor & curator quos sumtus repetant in minores factos.
- 5 Contraria actio tutelæ vel curæ quibus, & contra quos datur.

Præter iuris communis ordinem, ob ¶ euidenter æquitatem & summam pupillorum, & minorum utilitatem receptum est auctoritate prætoris, vt qui non possunt in eorum ætate aliis efficaciter & ciuilitate sine tutoris & curatoris auctoritate obligari, *l. contra iuris. de pact. P. l. obligari. de auct. tuto. in P. §. 1. eod. ap. Iust. in l. Iulianus. §. si quis a pupillo. de actio. emi. cum similib. nihilominus obligentur tutoribus & curatoribus, qui negotia illorum & personas tractant & gubernant, vt illi promittentes essent in exsequendo officio, securi de repetitione eorum quæ utiliter impendissent. *l. 1. de contr. & tit. actio. tuto. lib. 27. P. tit. 4.* Ergo finito officio tutelæ, non quam diu durat, dabitur contraria in minorem actio tutori. *l. 1. §. finito. eod. in P.* Videtur enim exceptio esse actionis directæ tutelæ, saltem tutelæ, vt directæ considerat, & ad eius actionem aliquo modo referretur, & ideo contraria dicitur. *d. l. 1. §. fin.* Tutelæ autem actio, vt diximus, non, nisi finita tutela, pupillo seu minori non conceditur. *l. nisi, 4. de tutel. & ratio. distrab. cum similib.* Verumtamen & placuit hanc actionem contrariam dari, et si directæ non agatur: non enim semper pupillus agere vult, vel quia nihil ei debetur, vel plus in eum impensum est, quam ei abest, *l. 1. §. sine. de cont. & tit. actio. tuto. in P. vel de rationibus distrahendis agit. l. 2. eod. tit.* ¶ Contraria ¶ tamen eius qui pro tutore gessit, vel qui curam administravit, etiam pendente gestione, & antequam finita dicatur, competere potest: quia & statim vbi obnoxii sunt protutor & curator, directæ conueniri possunt. *d. l. 1. §. sed si pro tutore. de cont. act. tutel. d. l. nisi. §. fin. de tutel. & ratio. distrab. excepto adutorum curatore. l. 2. & l. rationes, 14. de administ. tut. C. ratio ponitur. in gl. d. §. fin. nisi, in verb. dum negotia.* ¶ Res ¶ ergo ob quas datur actio contraria tutelæ sunt, si aliquid impenderit tutor in rem pupilli, vt repetat, vel compenset, §. *tutores, de obliga. qua ex qua. contr. nast. l. 1. §. prætor. & l. 3. §. iudicio. l. 4. de in lit. dan. tuto. lib. 5. C. tit. 4. 4.* si pro eo fuerit obligatus vt liberetur, d. §. *tutores. & l. 3. §. contrarium, & l. si de contr. act. tut. in P.* aut rem suam creditoribus eius obligauerit, d. §. *tutores. si pro pupillo soluat.* ¶ Sumtus ¶ porro quos repetit, bona fide fieri debent. *l. 3. §. iudicio, de contra. act. in P. l. a tutoribus, 34. §. fin. de administ. tuto.* Et quos expedit pupillo ita fieri, quamuis plus in pupillum impenderit, quam sit in eius facultatibus: alioquin, enim si non expediat, dicendum est pupillum absolui debere. Non enim in hoc administrantur tutelæ, vt mergantur pupilli. *l. pen. de cont. act. tut. Quamobrem iudex qui de contrario iudicio cognoscit, utilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio sumtus fecerit. l. 3. eo. in P.* Potest & agere, vt pupillus illi mandet actiones aduersus contutores. *l. 1. & 2. de contr. iud. tut. lib. 5. C. tit. 58.* vt salarium sibi soluat si debitum, vel si contutori debitum soluerit. *d. l. a tutoribus, 34. §. fin. de administ. tuto.* ¶ Hæc ¶ actio contraria non solum tutori, verum etiam ei qui pro tutore negotia gessit, competere debet, & vtilis curatorum pupilli, furiosi, prodigi, videlicet contrarium iudicium negotiorum gestorum, item & curatorum ventris. *l. 1. §. hac actio de cont. & tit. act. in P.* Et heredibus eorum, & in heredes pupillorum per 30. anno. spatium, *l. pen. eo. in P. & l. 35. §. eo. tit. C. datur, & fideiussores tutorum. l. si cum fideiussores. 5. de fideiuss. tuto. in P.**

De aliis Curatoribus publicis in summa.

Cap. 12.

- 1 Curatores operum publicorum reficiendorum qui.

2 CURATOR.

- 2 Curatores rerum Caesaris qui.
 - 3 Curatores civitatis Roma, rectores civium, viarum, riparum, vicorum.
 - 4 Curator angariarum.
 - 5 Curator Calendarii reipub.
 - 6 Curator operum publicorum.
 - 7 Curator murorum reficiendorum munus Atheniensibus excellentium.
 - 8 Curatores emendarum specierum vini, olei, & similiarum. *Silvici, & Augustini, &c. eod.*
 - 9 Curatores portarum.
 - 10 Curatores reipub. qui, & in quantum teneantur.
 - 11 Curatores reipub. quando pro collegis teneantur.
- P** Ræter tutelarum & curarum prædictarum curatores, alios sese offerre non dubium est: quales il, quibus demandabatur in republica curâ habendi facta recta opera publica, & refectionis procuratio, *l. si in aliquam celebrem civitatem, de offic. procons. P. l. 2.*
- 2 *l. de operib. publ. in P.* Et qui curam habebant rerum Cæsaris, procuratores & curatores dicebantur, *l. fin. de offic. procons. Cæsin. P.*
 - 3 Curatores civitatis triplices, alius generalis vel rector: alius civium Romanorum, qui ibi habitabant: alii vicorum, riparum, ac viarum, *de omnibus V. sol. p. Lazius, l. 3. comen. reip. Rom. c. 15. Cas. ad lib. 7. Variar. de primis.* Curator et ad cogendas angarias dicitur, *l. i. quem ad civil. mane. indicum. lib. 10. C.* Meminit et Papius curatoris Calendarii reipublicæ, *l. ap. l. si. item rescripserunt a curatore, de administ. rer. ad civit. per. videlicet qui curam gereret libri, quo nomina & debita continebantur: vel qui secundum Calendarium, & inibi descripta nomina, vel exigeret, vel solueret debita, secundum Africa. in l. qui filium, 62. de leg. 3.* De curatoribus operum publicorum struendorum passim se offer-

rent exempla in titulo de operibus publicis, *in l. i. & 2. de oper. pub. lib. 50. P. tit. 10. & alibi.* Et Alcibiades, contra Ctesiphonem, nullum maius munus curatore murorum reficiendorum, apud Athenienses, nec amplius fuisse dixit. *Qui et habebant etiam curam emendi frumenti vel olei, curatores quoque harum specierum dicti & creati, quos Græci, ἀνάγκασι καὶ ἀποπέποινησι, l. fin. de mun. & honor. in P. Refert et Aristoteles, 6. polit. ἀνάγκη δὲ τὰς ἀποπέποινησιν ἀνάγκη τὰς πολέμιας ἡγεῖται, necessarias functiones ad res bellicas expediendas cum usus veniret. dicit et in eorum καὶ ἀποπέποινησι, inquit, ἀνάγκη δὲ τὴν γὰρ φιλακίαν ὁμοίως ἀποπέποινησιν εἶναι, & ἐξ ἀνάγκης ἀνάγκη τὸν πολιτικόν, id est, opus & bello & pace, portarum & manuum curatores esse, & refectionis civium descriptionis que in classis.*

Curatores reipub. sæpe in iure occurrunt, qui publica, seu civitatis negotia & res tractant. Ab iis & fides, & diligentia exigitur: nam si negligenter in distrahendis bonis se gesserint, in simplex tenentur: si fraudem autem admiserint, in duplum: nec tamen ad eorum heredes pœna descendit, *Papin. l. Imperatores, 10. l. Imperatores, de admin. rerum ad civit. per. lib. 59. P. tit. 8.* Tenentur ad usus pecuniarum, quæ apud eos remanserunt. Tenentur de periculo operum, & heredes eorum, tenentur agros reipub. retrahere a possessoribus licet bonæ fidei, cum possint ad antores recurrere. Nec pro se tantum quilibet tenetur, sed etiam nomine collegarum, si interuenire & prohibere eos oportuerit: hęc si deteriora nomina facta sint tempore curationis, hæc omnia, *in l. fin. eod.* Nam & collegarum communi periculo pecunia, etsi inter illos diuisa, datur, *l. 3. eod. tit. de administ. rerum.* Prior tamen exemplo tutorum, conueniendus est qui gessit, *l. 4. eod.* Non tamen pro gestione superiorum & antecessorum, curatores successores tenentur, sed singuli pro gestis a se, *d. l. 4. §. 1.*

DE SERVIS, ET LIBERIS, IV. REQUE DOMINORVM, LIBER XIII.

De liberis & seruis in vniuersum. Cap. 1.

- 1 Personarum diuisio in liberos & seruos.
 - 2 Aequalis omnium hominum, vnaque natura conditio.
 - 3 Iure gentium seruitute inducta, distinguuntur appellationes hominum.
 - 4 Libertas quid.
 - 5 Facultas agendi aliud, quam actus.
 - 6 Libertas per seruitutem non tollitur, sed impeditur eius actus.
 - 7 Seruitus ex diametro aduersa libertati.
 - 8 Libertas & seruitus corporis, anima, & vtriusque est. Aut natura, aut hominum constitutione, & qui serui, aut liberi natura.
 - 9 Lege vel constitutione qui liberi, vel serui.
 - 10 Cato Vticensis ne seruum, se occidit. *10. 11. 9. Gratus libertate nihil, nec ministrabilis seruitute item.*
 - 12 Domini olim dicti omnes patresfamilias, & serui familiares, quare. *Domina potestas visa tyrannica, eod.*
 - 13 Domini appellationem recusavit Octavianus, & Tyberius.
 - 14 Domitianus odiosus, quod voluerit se dominum & Deum appellari.
 - 15 Domini nomen proprium soli Deo, quare.
 - 16 Domini Imperatores dicti, & res dominicæ quæ.
 - 17 Domini olim libera in seruos vita & necis potestas.
 - 18 Seruus Papius Pollio edendos murum obicit.
 - 19 Serui non habuerunt Indus, Ethes, Phoenices, Locri.
 - 20 Serui Christiani Iudei, vel hæretici, & pagani esse non possunt.
 - 21 Biturigi non erant serui.
 - 22 Tholosani serui ingressi, liberi statim fiunt.
 - 23 Serui nulli rem, oribus Saturni.
 - 24 Seruus est vitimus gradus vilitatis humane.
 - 25 Seruum seruorum Gregorius l. X. Sum. Pont. se appellauit, & Iustinianus seruum. *Seruus demidus homo, eod.*
- S** VMMa personarum diuisio dicta est, vt alii sint liberi, alii serui. Liberi a libertate, serui a seruitute dicti, *l. i. de iur. perso. ap. Iustin. l. 3. de stat. hom. lib. 1. P.* Ab initio quidem generis humani vna fuit qualitas & status, *l. quod*

*atinet, de reg. iur. a quo postea discessum, facta & mutatio capitis, §. 1. de capitis diminut. & Aequalis hominum prima conditio, & vno nomine homines naturali iure vocabantur, l. manumissiones, de iusti. & iur. in P. l. homin. 125. de verbor. signif. Et vt Seneca ait, lib. 6. Declam. neminem natura fecit liberum aut seruum, sed fortuna hæc nomina imposuit. Et diuus Paulus, nec liberum, nec seruum apud Deum esse scribit, *ad Galat. 3.* Iure gentium autem seruitute inducta, tres appellationes distinxerunt homines, vt alii liberi, alii serui, alii libertini, dicantur, *d. l. manumissiones. & §. 1. de liberti. apud Iustinian.* Libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere liber, nisi quod vi aut iure prohibetur, *§. 1. de iure person. l. 4. de sta. hom. P.* Naturalis facultas dicitur innata potestas agendi, vel viuendi, vt velis, *Iuuen. Saty. 3. Cic. pen. Parad. in Offic. & 4. ad Heren. Aristot. lib. 6. Polit. cap. 2.* facultas quæ ortum cuiusque comitatur, *de viciis, & viciis, & vt facultas dicitur apud Galenum, lib. 1. de simplic. medicamen. faciunt, cap. 1. & lib. de pleniudino,* causa quædam effectrix, vel per quam facimus, vel vt possimus facere datum est. Aliud enim est facultas agendi, aliud actus qui ex illa facultate sequitur: vt & aliud ab iis instrumentum, per quod facultas operatur. Habet namque omnis facultas instrumentum accommodatum, per quod de teris, & melius idem efficiat, *Aristot. lib. 1. de generat. animal. c. 1.* Neque facultas importat necessitatem, vt quod in facultate faciendi est, necessario fiat: sed vt fieri possit, habet, *cum aliquibus, de rescrip. in 6. l. 1. §. dies autem iustos, de appell. recip. lib. 49. P. tit. 4. can. si forte, 2. q. 6.* Neque quod in facultate fieri potest, eodem modo fit, cum & robur & imbecillitas in facultate consideretur, *Gale. l. lib. de caus. p. n. l.* Et proinde quamuis libertas, sit naturalis facultas agendi quæ velis, tamen extrinsecus vel intrinsecus actus potest impediti. Extrinsecus vi, eb quam libertas ne faciat impeditur, ea tamen facultate nihilominus existente in homine non enim ideo tollitur aut desinit esse, quod non possit operari. Vt non ideo minus hostis homo est, quod ab hoste vincatur, & subiciatur vi: vis quippe maioris est rei impetus, cui resisti non potest, *l. 2. de eo quod met. caus. P.* & aduersus quam parum valet custodia, *Nerat. in l. fœces, de actio. emt. libro decimonono, P. titulo primo.* Atque Aristoteles, *lib. 1. Rhetor. cap. decimo,* intrinsecus per vim ea fieri dicit, quæ per cupiditatem fiunt. Atque*